LINNAEA.

Ein

Journal für die Botanik

in ihrem ganzen Umfange.

Neunundzwanzigster Band.

Oder:

Beiträge

zur

Pflanzenkunde.

Dreizehnter Band.

Herausgegeben

von

D. F. L. von Schlechtendal,

der Med., Chir. u. Philos. Dr., ordentl. Prof. an der Universität zu Halle und mehrerer gelehrten Gesellschaften Mitglied.

Mit fünf Tafeln Abbildungen.

Halle a. d. S. 1857 u. 1858.

gedruckt auf Kosten des Herausgebers.

In Commission bei C. A. Schwetschke und Sohn.

(M. Bruhn in Braunschweig.)

MISSOURI BOTANICAL
GARDEN LIBRARY

Inhalt.

Seite

1. Plantarum novarum Chilensium. Centuria quarta Auctore Rud. Am. Philippi 11
   Centuria quinta. Auctore eodem 48
   Centuria sexta pars. Auctore eodem 96
2. Untersuchungen über diejenigen Zellen des dikotylen Holzkörpers, welche ausser den Markstrahlen im Winter assimilirte Stoffe führen, von C. Sanio (Taf. I.) . . . 111
3. Florula Lyccensis, auctore Carolo Gustavo Sanio . 169
4. Mantissa prima ad revisionem Myrtacearum Americae, auctore Dr. O. Berg (v. Linn. XXVII. p. 472 seqq.). . . . 207
5. Plantae Muellerianae Australasicae.
   Celastrineae, auctore S. Reisseck 265
   Umbelliferae, auctore F. W. Klatt 705
6. Coniferae Mexicanae ex catalogo clar. Roezl translatae c. observ. in Pinastros Germaniae nec non in Coniferas Mexicanas, auctore D. F. L. de Schlechtendal.
   I. Coniferae Mexicanae Roezlianae 326
   Ad Coniferas Mexicanas Roezlianas 699
   II. De Pinastris Germaniae et Helvetiae observationes. (Taf. II.) 357
7. Untersuchungen über die Epidermis und die Spaltöffnungen der Equisetaceen. Von Dr. C. Sanio. (Taf. III.) . . . 385
8. Ueber die morphologischen Verhältnisse der Blatttheile zu einander und zum Stengel. Von Dr. Andrej Beketoff 417
9. Nachtrag zu dem Aufsatze über Rottlera und verwandte Euphorbiaceen, von H. Zollinger 463
10. Einige Betrachtungen über Ageratum und einige verwandte Gattungen, von D. F. L. v. Schlechtendal . . . 470

Seite

11. Die Gesneraceen des K. Herbariums und der Gärten zu Berlin, nebst monographischer Uebersicht der Familie im Ganzen, von Dr. Johannes Hanstein. II. Abth. Gattungen und Arten. Zweites Stück: Die Brachylomateen 497
12. Anatomisch-physiologische Fragmente, von Paul Friedr. Reinsch.
    1. Die Entwickelung der Sporen und Schleudern von *Jungermannia pusilla* L. (Taf. IV.) 593
    2. Der Bau und die Genesis der Brutkörner der *Jungermannia undulata* L. (Taf. V.) 664
13. Hortorum botanicorum plantae novae et adnotationes in seminum indicibus et adversariis dispositae 718
    H. Genuensis 719
    H. Hamburgensis 724
    H. Marburgensis 726
    H. Upsaliensis 729
    H. Berolinensis 731
    H. Patavini 732
    H. Hauniensis 733
    H. Panormitani 338
14. Beitrag zur Flora des nordöstlichen Deutschlands, als zweiter Nachtrag zu der Abhandlung: Studiorum phytographicorum de Marchia Brandenburgensi specimen. (s. Linn. XXVI. p. 385 seqq.) Von Dr. P. Ascherson 752

Register der in den Abhandlungen enthaltenen Pflanzennamen . 757

Plantarum novarum Chilensium

Centuria quarta.

Auctore

Rudolfo Amando Philippi,

hist. nat. in Universitate chilensi professore etc.

---

300. Senecio microphyllus Ph. S. radiatus, fruticosus, humilis, ramosissimus, glaberrimus, glutinosus; ramis fastigiatis; foliis parvis, confertis, pectinato-pinnatifidis; laciniis plerumque integerrimis utrinque 4, cum rhachide inferius nuda linearibus; corymbo in quovis ramo 4 — 10-floro; involucri cyliadrici squamis apice vix sphacelatis, 10 — 12; ligulis circa 5; achaeniis glaberrimis.

In Andibus interioribus prov. *Santiago* habitat. — Tota planta vix 6 poll. alta; folia modo 6 lin. longa; laciniae 1¼ lin. longae, sicut rhachis canaliculata vix ½ lin. lata; bracteae paucae, subulatae in pedicellis capitula subaequantibus; involucrum 3 lin. longum, 1⅛ lin. crassum; basi bracteolis fultum.

301. Senecio Germaini Ph. S. radiatus; caule herbaceo, ramoso, arachnoideo, demum glabro, ramis gracilibus elongatis; foliis oblongo-linearibus, praesertim subtus arachnoideis, supra demum glabratis, inferioribus in petiolum atte-

nuatis, superioribus auriculatis, omnibus mucronatis, sinuato-dentatis, dentibus utrinque 2 — 3, summis anguste linearibus, integerrimis, corymbo oligocephalo; capitulis calyculatis; squamis calyculi subulatis, involucri linearibus, apice sphacelatis, 18 — 20; achaeniis glaberrimis.

In regione litorali prope *Tomé* in sinu Talcahuano legit orn. Germain. — Rami pedales, incani; folia inferiora, jam emarcida, vix pollicem longa, $2^1/_2$ lin. lata; superiora $1^1/_2$ poll. longa, cum dentibus 4 lin. lata; involucra $2^1/_2$ lin. longa, 3 lin. lata. — A *S. jacobaeiformi* foliis integris, ramis gracilibus, corymbo simplici etc. satis differt.

302. S. chiloënsis. S. radiatus; caule herbaceo, dense foliosо; foliis caulinis basi auriculatis, breviter petiolatis, oblongo-lanceolatis, indivisis, basi saepe truncatis, margine dentatis, subtus arachnoideo-lanatis; supremis sessilibus; corymbo denso, multifloro; pedicellis brevibus, vix capitulo longioribus; involucri squamis circa 14; ligulis circa 8; achaeniis costatis, glabris.

In sylvis prope *Castro*, oppidum insulae Chiloë, legit cl. Gay: incolis *Tutuco* audit. — Specimen, quod suppetit, pedem altum; caulis basi fere 3 lin. crassus, inanis; internodia vix 6 lin. longa; foliorum petiolus $7^1/_2$ lin., lamina 4 — 5 poll. longa, fere 2 poll. lata, illi *S. denticulati* similis; auriculae semiorbiculares fere 10 lin. longae; capitula $2^1/_2$ lin. longa, totidem lata, fere turbinata. — *S. Dombeyanus*, quem nondum cognosco, huic proximus videtur, sed ei folia 8 — 10 poll. longa, 5 poll. lata, petiolique longi adscribuntur.

304. Senecio aisophilus Ph. S. radiatus, perennis, herbaceus, arachnoideus, demum glabratus; caule elato, angulato, simplici; foliis petiolatis, oblongis, acutis, basi sub-

truncatis, dentatis; corymbo composito; pedunculis involucrisque bracteatis; squamis involucri circa 8, latis, linearibus, abrupte acuminatis; ligulis 6—8.

In sylvis prov. *Valdiviae* crescit. — Planta 2—3-pedalis; foliis inferioribus petiolus $1\frac{1}{2}$ poll. longus, lamina 3 poll. longa, fere $1\frac{1}{2}$ poll. lata; juniora folia tomento detergibili albo dense obtecta, adulta fere glabra sunt; pedicelli fere 6 lin., bracteae 2—3 lin. longae, sensim breviores, squamae involucri $2\frac{1}{2}$ lin. longae. — Folia fere ut in *S. denticulato* vel *chiloënsi*; cum priore propter caulem herbaceum confundi non potest, a *chiloënsi* caule gracili, internodiis ultra pollicem longis, foliis demum glabratis, haud auriculatis, dentibus eorum magis distantibus, squamis involucri longe paucioribus differt.

305. Senecio quillotensis Ph. S. radiatus, herbaceus, perennis, arachnoideus; caule elato, striato, apice corymboso; foliis distantibus, inferioribus petiolatis, petiolo basi in auriculam integerrimam, cordatam sensim ampliato, ovato-lanceolatis s. rhombeo-lanceolatis, dentatis; supremis sessitibus, basi cordata semiamplexicaulibus, sensim attenuatis, lanceolatis; corymbo compacto; squamis involucri circa 20, arachnoideis; ligulis c. 12; achaeniis costatis, glaberrimis.

Prope *Quillota* legit orn. Germain. — Summitates modo $1\frac{1}{2}$-pedales, foliis tantum duobus onustae suppetunt. Petiolus folii inferioris $2\frac{1}{2}$-pollicaris, lamina $3\frac{1}{2}$ poll. longa, $1\frac{1}{2}$ poll. lata; involucrum $3\frac{3}{4}$ lin. longum, 4 lin. crassum, basi bracteis setaceis calyculatum. Differt a *S. Hualata* foliis arachnoideis, auriculis integerrimis, sensim in petiolum abeuntibus, etc.; a *S. amplo*, quem nondum vidi, foliis inferioribus auriculatis, petiolatis, supremis amplexicaulibus; a *S. fistuloso* petiolis auriculatis, floribus breviter

pedicellatis, a *S. Dombeyano* foliis haud cordatis, sed sensim in petiolum abeuntibus.

306. Chabraea Poeppigii Ph. Ch. caule simplici, erecto, monocephalo, foliato, pubescente; foliis erectis, apicem versus decrescentibus; inferioribus oblongo-spathulatis, aut profundius incisis, imo fere pinnatifidis; supremis linearibus, in mucronem longum productis, integerrimis.

Prope *Antuco* invenit cl. Gay, uti ex herbario Chil. patet, ubi sub no. 885. servatur. — Habitus in genere singularis. Caulis 6 — 12 poll. altus; folia inferiora usque ad 2 poll. longa, $5^1/_2$ lin. lata, dentibus utrinque 5, suprema fere subulata, bracteiformia; capitulum pro genere satis magnum; squamae involucri 4 lin. longae; labium exterius flosculi radii $2^1/_2$ lin., pappus albus.

307. Chabraea fragrans Ph. Ch. perennis, glabra seu hirtella, e basi ramosa, humilis; foliis radicalibus ambitu oblongo-linearibus, bipinnatifidis, pinnis 9 — 12-jugis, e laciniis 3 — 5 compositis; laciniis acutis, rhachique linearibus; foliis caulinis sessilibus, summis linearibus, integerrimis; ramis 1 — 3-cephalis; squamis involucri acutis, hirtis; lana arachnoidea axillas et basin capitulorum obtegente; floseulis circa 10, lacteis; achaeniis hirtellis.

Prope lacum andinum *Malvarco* legit orn. Germain. — Caulis vix 6-pollicaris; folia radicalia $3^1/_2$ poll. longa, 6 lin. lata, petiolus basi nudus, pinnae primae simplicissimae; pedicelli basi bractea fulti, caeterum nudi, circa 6 lin. longi; capitula $3^1/_2$ lin. longa; floseuli 10. — Flores odorem Heliotropii peruviani spirant.

308. Gnaphalium heterotrichum Ph. Gn. perenne; caule herbaceo, erecto, albo-tomentoso; foliis pube brevi, glanduloso-hirtella vestitis, parum decurrentibus, acutis mar-

gine undulatis, enerviis; capitulis ad apicem caulis congestis, involucri squamis oblongis, obtusis, citrinis, nitidis.

Prope *la Serena* legit cl. Gay. Herb. Chil. no. 681.— Caulis pedalis, folia 1 1/2 poll. longa, inferiora 2 lin. lata; flores ut in *Gn. citrino*, quod foliis supra velutinis, subtus albo-tomentosis facillime distinguitur. Foliorum pubescentia *Gn. heterotrichum* cum *Gn. puberulo* DC. convenit, sed caule dense albo-lanato discrepat; a *Gn. decurrente* caule albo-tomentoso, nec piloso-scabro, foliis vero subtus haud lanuginosis discriminatur; ab omnibus foliis undulatis.

399. Gnaphalium coquimbense Ph. Gn. suffruticosum, totum laxe albo-lanatum; caulibus e collo plurimis, adscendentibus, humilibus, ramosis; foliis breve decurrentibus, incanis, linearibus, superioribus peracutis, apice sphacelatis; capitulis ad apices ramorum congestis; involucri squamis acutiusculis, glabris, fuscis, basi lana immersis.

Prope *la Serena* legit cl. Gay. Herb. Chil. no. 678. — Caules modo 6 poll. alti; folia 14 lin. longa, 1 2/3 lin. lata; capitula vix minora quam in *Gn. Viravira*, a quo nostra species caulibus humilibus, foliis magis viridibus, cymis confertis sessilibus, squamis involucri fuscis nec stramineis differt.

Obs. Pessime, ex mea sententia, cl. DeCandolle in prodromo *Gn. Viravirae* folia oblongo-lanceolata tribuit, cum 24 lin. longa et vix 2 lin. lata sint.

310. Gnaphalium valparadiseum Ph. Gn. perenne, ramosissimum, humile, lana albida densissime tectum; foliis usque ad inflorescentiam confertissimis, haud decurrentibus, spathulatis; capitulis ovatis, dense congestis; squamis involucri acutis, basi viridibus, apice fuscescentibus.

Prope Valparaiso legi potest. — Radix 2 lin. crassa, lignosa; rami 4—5-pollicares; folia inferiora 11 lin. longa,

4 lin. lata; panicula ovata, 11 lin. longa; capitula $2^1/_2$ lin. lata, diam. receptaculi $1^1/_2$ lin., ideoque major quam in speciebus affinibus.

311. Gnaphalium perpusillum Ph. Gn. annuum, minimum, vix $^1/_2$ pollicem altum, lana alba obtectum; foliis lineari-subulatis; capitulis 4—5, sessilibus, lanae immersis; squamis involucri fusco-stramineis, linearibus, acutiusculis.

In editissimis Andibus prov. Coquimbo ad *Sotaqui* legit cl. Gay. Herb. Chil. no. 739. — Radix capillaris, alba; folia inferiora 2 lin. longa, basi attenuata $^1/_3$ — $^1/_2$ lin. lata, superiora angustiora, magis acuta; capitula vix $1^1/_2$ lin. longa.

312. Gnaphalium valdivianum Ph. Gn. caule herbaceo, erecto, foliisque linearibus, basin versus attenuatis, decurrentibus, acutis, cinereis appresse arachnoideis; corymbis terminalibus; capitulis congestis, ovato-campanulatis; involucri squamis oblongis, obtusis, nitidis, aureis.

In prov. *Valdivia* habitat. — Si pubescentia ad species distinguendas in hac sectione valet, hanc speciem a *Gn. citrino* Hook. et Arn., cui caulis tomentosus, foliaque subtus albo-tomentosa adscribuntur, distinguere debemus. Folia in nostro 2 poll. longa, modo 2 lin. lata, magis remota quam in *Gn. citrino*. Notandum est, omnia specimina *citrini*, quae ex andibus et subandinis Chillan, Cauqueres, S. Fernando servo, folia utrinque albo-lanuginosa ostendere foliorumque magnitudine et forma satis variare. Sic in uno specimine folia perfecte spathulata, 18 lin. longa, 5 lin. lata sunt, in aliis vero modo 11 lin. longa et $2^1/_2$ lin. lata.

313. Soliva lusitanica? S. repens, caespites densos formans, glabriuscula, internodiis brevissimis; foliis longe petiolatis, ambitu oblongis, pinnatifidis; laciniis utrinque 3—4, oblongo-lanceolatis, integerrimis vel bifidis trifidisque; petiolis

laminam superantibus, basi pubescentibus; capitulis in quovis nodo sessilibus; squamis involucri circa 12, oblongis, obtusis, apice hyalinis, molliter pubescentibus, $1\,^1/_8$ lin. longis; floseulis radii multiseriatis femineis, apetalis; ovario compresso, truncato, superius arachnoideo-villoso, villis stylum villosum aequantibus; marginibus alatis, transverse rugosis; floribus masculis centralibus circa 10, quadridentatis.

Frequens in plateis, domuum areis Höfen (!), rarius in hortis urbis Santiago. Diameter caespitum interdum 4-pollicaris; folia, incluso petiolo, 12 lin. longa, $3-3\,^1/_2$ lin. lata; diameter capitulorum 3 lin.; stylus haud indurescens. — An species a *S. lusitanica* diversa, et *S. urbica* appellanda. In brevissima descriptione hujus a cl. DeCandolle in prodromo data, unica quam conferre possum, capitula subaraneosa, achaenia vero glabra dicuntur, cum in nostra pars superior achaeniorum unica sit, quae araneosa vocari possit.

314. Cephalophora foliosa Ph. C. perennis, caule parum ramoso, foliis radicalibus confertissimis, linearibus, vix dentatis; caulinis sessilibus confertis, subintegerrimis; squamis involucri linearibus; paleis receptaculi scariosis, subulato-cuspidatis; corollis oblongo-cylindricis; antheris exsertis; achaeniis pappoque obscure spadiceis; paleis pappi achaeniis longioribus, lanceolato-cuspidatis.

Prope *Chillan* ab orn. Germain lecta est. — Caulis parum ramosus, bipedalis, et habitus ut in *C. plantaginea* et sequente. Folia radicalia 3 poll. longa, $2\,^1/_4$ lin. lata; diam. capitulorum 8 lin.; corollae 2 lin. longae. — Differt a *C. glauca* Cav., quam non cognosco, caule haud suffruticoso, foliis superioribus haud „semiamplexicaulibus“ — a *C. plantaginea* vero paleis receptaculi scariosis (in *C. plantaginea* herbaceae et ciliatae sunt), paleis pappi achaenio longioribus

(in *plantaginea* achaenio subbreviores sunt); achaeniis obscure spadiceis neque aureo-fuscis, foliis longe numerosioribus.

315. Cephalophora collina Ph. C. annua seu biennis; caule parum ramoso; foliis radicalibus sub anthesi emarcidis, caulinis inferioribus pinnatifido-dentatis, semiamplexicaulibus; squamis involucri lineari-subulatis; paleis receptaculi herbaceis, subulatis, ciliolatis; corollis subglobosis; genitalibus inclusis; paleis pappi achaenio pallide fusco brevioribus, ovatis, sensim mucronatis, fimbriatis.

Habitat in collibus provinciarum centralium. — Caulis bipedalis, rami erecti, elongati, fastigiati, versus apicem nudi, monocephali, ut in *foliosa* et *plantaginea;* diam. capitulorum modo 4 ½ lin. ut in *C. aromatica*, dimidio minor quam in antecedentibus, a quibus facillime corollis globosis, genitalibusque inclusis distinguitur. Corollae luteae centro purpureae.

Obs. Optimi characteres ad distinguendas species e paleis receptaculi, forma corollae, genitalibus inclusis vel exsertis, paleis pappi desumi possunt, sed de his apud auctores altum silentium. — *C. glauca* Remy apud Gay alia species esse videtur, quam illa DeCandolleï in prodromo indicata, nam cl. Remy suae capitula diametri 3—4-linearum tribuit, igitur parva ut in *C. aromatica;* cl. DeCandolle vero *C. glaucae* suae capitula *magna* vindicat, nam sub *aromatica* dicit: „capitula dimidio quam *C. glaucae* minora“ unde in *C. glauca* diametri 8-linearum esse debent. — Cll. Lessing et DeCandolle receptaculum epaleaceum Cephalophoris esse volunt, cl. Remy illos errasse et receptaculum paleaceum esse monet, et tale in speciebus indicatis invenitur, sed in sequente ego receptaculum epaleaceum inveni.

316. Cephalophora Berteroana Ph. C. suffruticosa; ramis elongatis monocephalis; foliis linearibus, integerrimis, breviter decurrentibus; receptaculo epaleaceo; corollis ovatis; stigmatibus exsertis, antheris inclusis; achaeniis rufis; squamis pappi rufis, lanceolato-cuspidatis.

Prope *Rancagua* legit cl. Bertero. — Diam. capitulorum 4—4½ lin., an igitur *C. glauca* Remy apud Gay? sed non DeCandolle.

Chrysophthalmum n. genus *Astereārum.*

Capitulum heterogamum, radiatum, multiflorum. Involucrum imbricatum, ovatum, squamis exterioribus herbaceis, interioribus coriaceis. Receptaculum epaleaceum, fibrillosum. Flosculi radii ligulati, foemineci, circa 12, stylo brevi glaberrimo muniti; disci hermaphroditi, tubulosi, quinquedentati; antherae alatae, ecaudatae; styli ramis duobus erectis, acutis, extus valde pilosis. Achaenium erostre, quadrangulare, glabrum. Pappus pilosus, pilis uniseriatis, basi in annulum concretis, crassis, serrulatis.

317. Chrysophthalmum andinum Ph.

Unicum specimen ex Andibus depart. *Linares* attulit cl. Germain. — Planta perennis, glaberrima, habitu Buphthalmi salicifolii. Caulis pedalis erectus, simplicissimus, uniflorus; folia alterna, sessilia, erecta, linearia, basin versus attenuata, margine grosse serrata, dentibus utrinque circa tribus; superiora integerrima; summa 2—3, subulata, bracteaeformia; inferiora 21 lin. longa, 3½ lin. lata sunt. Diam. involucri 4 lin.; squamae apice viridi punctatae, glutinosae, extimae lanceolatae, medianae ovato-lanceolatae, cuspidatae, intimae iterum angustiores, oblongo-lanceolatae, cuspidatae. Flosculi lutei, ligulae 6 — 7 lin. longae, lineares, flosculi disci vix involucro longiores.

318. Pernéttya crassifolia Ph. P. glaberrima; caule humili caespitoso; foliis confertissimis, brevissime petiolatis, ovato-ellipticis, integerrimis, crassis, uninerviis; pedunculis axillaribus, unifloris, cernuis, folium dimidium aequantibus, basi bracteatis.

In Andibus monti ignivomo *Pisc*, vulgo *Vulcan de Osorno* dicto oppositis legi. — Caespites densissimi, diametri pedalis et ultra, sed vix 6 poll. alti; folia $3^1/_3$ lin. longa, $1^2/_3$ lin. lata; interdum uni- vel bicrenata; margo cartilagineus haud ciliatus; pedunculi $1^1/_2$ lin. longi; baccae minores videntur quam *P. myrtilloidis* Gris. baccae immaturae 2 lin. crassae; flores non vidi. — Differt a *P. myrtilloide* foliis crassioribus, fere omnibus integerrimis, pedunculisque brevioribus, et a *P. leucocarpa* foliis longe crassioribus, pedunculisque brevioribus.

319. Pernettya rupicola Ph. P. glaberrima; caule fruticoso, humili; foliis ovato-lanceolatis, pungenti-mucronatis, appresse serratis, margine subrevoluto, dentibus utrinque circa 4; pedunculis axillaribus unifloris, ad apicem ramorum confertis, basi bracteatis, folia aequantibus.

In rupibus prope *Corral*, portum Valdiviae legi. — Frutex ad summum 9 poll. altus; caules decumbentes, radicantes; folia 5 lin. longa, 2 lata, sed etiam latiora et angustiora; superiora minora; pedunculi 3 lin. longi. — Differt a *P. mucronata* a freto Magellanico foliis longe minus crassis, siccis distincte venosis at supernus haud reticulato-impressis etc.

320. Pernettya tenuifolia Ph. P. erecta, ramosa; ramulis glaberrimis, angulatis, foliis lineari-lanceolatis, pungenti-mucronatis, integerrimis, glaberrimis, subtus (siccis saltem) penninerviis; pedicellis axillaribus, solitariis, unifloris, folio dimidio brevioribus, basi ima tantum bracteolatis.

In provincia *Valdivia* legitur. — Frutex orgyalis esse videtur; folia 12 lin. longa, $2^3/_4$ lin. lata, pedicelli $2^1/_2$—3 lin.; laminae calycinae elongato-triangulares, fere 1 lin. longae; corollae vel fructus non adsunt. Ab omnibus affinibus facillime foliis angustis, integerrimis distinguitur, ab *angustifolia* praeterea glabritie ramulorum.

Observ. *Pernettya phillyreaefolia* DC. patriae ignotae frequens in prov. Valdivia est, necnon prope Puerto Monte, in audibus dep. Chillan etc.

Pernettya angustifolia Lindl., quam in opere cl. Gay desideras, in interiore provincia Valdivia non rara, frutex humilis, vix pedem altus est; dentes in foliis utrinque tres, parvi.

Pernettya Bridgesii mihi in florula insulae Juan Fernandez est *P. rigida* DC. a cl. Gay omissa.

321. Pernettya? minima Ph. P.? minima, caespitosa, vix pollicem alta; foliis oblongo-ovatis, integerrimis, obtusis, enerviis; floribus axillaribus, erectis; pedunculo folium dimidium aequante; calyce erecto, pedunculo aequali, quadrifido; corollae tubulosae limbo quadridentato, subreflexo; staminibus 10, tubum corollae aequantibus; antheris apice haud aristatis.

Ad lacum Andinum *Achibueno* in depart. Linares legit Germain. Folia modo $1^2/_3$ lin. longa. Fructus nondum aderant, igitur genus dubium; planta nihilominus facillime cognoscenda. Ad subgenus *Perandra* referenda est.

322. Pernettya quadrifida Ph. P.? glaberrima, humilis, 3 — 4-pollicaris; foliis minutis, confertis, ovalibus, utrinque attenuatis, acutiusculis, integerrimis; floribus axillaribus, sessilibus, solitariis, bibracteolatis; calycis quadrifidi laciniis ovato-triangularibus; corolla breviter tubulosa, calycem $2^1/_2$ aequante, quadridentata, dentibus erectis, triangularibus; staminibus 8, tubum corollae aequantibus; imo superantibus.

In monte alto *Cerro del doce de Febrero* dicto, inter lacus *Todos los Santos* et *Nahuelhuapi* unicum specimen legit orn. Dr. Fr. Fonk. — Folia 2 lin. longa; flos folium aequat; filamenta filiformia, basi dilatata, glaberrima, apice incurvata; antherae apice . . . . .? stylus erectus, staminibus brevior. Antherae jam deciderant. Discus hypogynus distinctus.

323. Pernettya (Perandra) breviflora Ph. P.? caespitosa, humilis, glaberrima; foliis ovato-oblongis, coriaceis, uninerviis, integerrimis; pedicellis axillaribus, solitariis, brevissimis, basi bracteatis; calyce quinquefido; corolla urceolato-cylindrica; staminibus quinque, brevissimis; filamentis brevibus, basi dilatatis; antheris tubulosis, muticis; fructa ....

In Andibus provinciae *Santiago* ab orn. Germain reperta est. — Fruticulus vix 4 poll. altus; folia 3 lin. longa, $^1/_2$ lin. lata; flores pauci; pedunculi $^3/_4$ lin. longi, flos ipse 1 $^1/_2$ lin.; corolla calycem bis aequat. Fructus ignotus.

324. Gaulteria mucronata Ph. G. fruticosa, erecta; ramis novellis strigosis; pilis appressis, nigris; foliis brevissime petiolatis, lanceolatis, appresse serratis, longe mucronatis, pungentibus; pedunculis axillaribus in apice ramulorum, folio suo brevioribus, corolla . . . .; calycis fructiferi carnosi, capsulam includentis dentibus erectis, triangularibus.

Prope *Osorno* invenit cl. Gay. Herb. chil. no. 1463. — Frutex orgyalis fuisse videtur, et omnino habitum *Pernettyae mucronatae* seu *phillyreaefoliae* habet; folia, incluso mucrone, 8 lin. longa, 3 $^1/_4$ lin. lata, dentibus utrinque 8, coriacea, uninervia, nervis lateralibus sc. parum conspicuis; pedunculi 3 lin. longi, bracteati; calyx fructifer 2 lin. longus.

325. Anagallidis alternifoliae Cav. varietates duas indicare liceat.

1) Var. *angustifolia*, foliis linearibus; calycis laciniis *subulatis*, corolla profunde partita. Caules 4—5 poll. longi, folia 7 lin. longa, modo 1 lin. lata; laciniae calycinae $2^1/_2$ lin. longae. Prope *Tomé* et *Arauco* in prov. Concepcion occurrit.

2) Var. *parvula*, caule modo pollicari, foliis ellipticis, modo $2^1/_2$ lin. longis, 1 lin. latis, laciniis calycinis lanceolatis, $1^1/_4$ lin. longis, laciniis corollae brevibus obtusis. — In summis Andibus habitare videtur, specimina ex Andibus de *Linares* et *Coquimbo* suppetunt.

326. Gentiana minima Ph. G. annua, minima, uniflora; foliis circa 8, linearibus, obtusiusculis; flore subsessili, caulem aequante; calyce quadridentato, longe tubuloso; corolla tubulosa, calycem parum superante, 8-dentata, dentibus quatuor viridibus herbaceis, erectis, quatuor minoribus, pallide caeruleis, plicas in fauces corollae intrusas formantibus.

In Andibus interioribus prov. *Santiago* raro occurrit. — Tota planta modo 9 lin. alta. Dentes calycini membrana hyalina juncti sunt; stamina in medio corollae inserta quatuor antheris limbum attingunt; filamenta brevia, antherae versatiles; ovarium elongatum, stylus satis brevis stigmatibus duobus terminatur.

327. Argylia Bustillosii Ph. A. suffruticosa, basi ramosissima, glabrata; ramis vix 3 - 4-pollicaribus, in spinam terminatis; foliis digitatis; foliolis 6 — 9, incisis aut pinnatifidis, lobis acutis, mucronatis; floribus solitariis infra spinam, maximis; calyce vix puberulo, margine ciliolato; corolla infundibuliformi, quinquies calycem aequante, pubescente, tubo sensim dilatato.

In Andibus depart. *S. Fernando* legit cl. Vinc. Bustillos. — Species distinctissima. Foliola majora 7 lin. longa;

petioli 8 — 24 lin. longi; spina ultra floris insertionem circa 9 lin. longa; pedunculus $2^1/_2$ lin.; calyx $4^1/_2$ — 5, corolla 24—26 lin. longa.

328. **Tecoma valdiviana** Ph. T. volubilis, foliis impari-pinnatis; foliolis c. 5-jugis, coriaceis, oblongis, integerrimis, aut apicem versus appresse serratis, ultimo saepe elongato; racemis folia subaequantibus, 7 — 10-floris; calycis turbinati dentibus brevibus triangularibus; corollae tubulosae, rubro-croceae, calycem $3^1/_2$ aequantes lobis brevibus, rotundatis, parum apertis, intus pubescentibus; staminibus majoribus styloque corollam aequantibus.

Frutex admodum elegans, saepe biorgyalis, sylvas umbrosas humidas prov. *Valdiviae* ornans. — Folia $3^1/_2$ — 4 poll. longa, petiolus profunde canaliculatus, marginatus, 7 — 8-linearis; foliola usque ad 16 lin. longa et 5 — 6 lin. lata; racemi circa 3-pollicares; pedicelli basi bracteolati 8 lin.; calyx $4^1/_2$ lin.; corolla 16 lin. longa, 4 lin. crassa; filamenta basi barbata, imo tubo corollae inserta; antherae flavae; capsula coriacea, laevis, 4 pollices longa, fere pollicem alta; semina cum ala diametrum 8 — 9 linearum habent.

329. **Gilia lanuginosa** Ph. G. basi lanata, superius glanduloso-puberula; caule erecto, apice paniculato; foliis pinnatisectis, segmentis brevibus, linearibus, integris, incisisve; cymis irregulariter trifloris; corollis calycem bis vel ter aequantibus, tubo elongato, angusto; capsulae loculis mono- — dispermis.

Habitat prope *Coquimbo*. — Caulis 4 — 6-pollicaris; folia inferiora 10 lin. longa, 2 lin. lata; flores brevissime pedicellati; calyx sub anthesi $1^1/_4$ lin., corolla 3 — $3^1/_2$ lin. longa. — Differt a *G. laciniata* pubescentia longe diversa, segmentis foliorum brevioribus, corollae tubo elongato, an-

gusto; tubo elongato angusto corollae etiam a *G. foetida* et *G. crassifolia* distinguitur; ab *andicola* mihi (in Flor. Atacam.) vero caule erecto simplici etc.

330. Calystegia rosea Ph. C. glaberrima, volubilis; foliis basi profunde cordatis, oblongo-lanceolatis, acutissimis, petiolum aequantibus, lobis baseos rotundatis pedunculis axillaribus, unifloris, folium subaequantibus; bracteis ovatis, calycem paullo superantibus, laciniis calycinis acutis; corolla magna, obscure rosea.

Ad portum *Low*, in archipelago Chonos dicto invenit orn. Dr. Fr. Fonk; specimen floribus destitutum, ni fallor in praedio meo S. Juan in prov. Valdivia observavi. Folia $2^1/_2$ pollicem longa, 1 poll. lata, pedunculus $2^1/_3$ poll. longus, involucri foliolum exterius 7 lin. longum, 4 lin. latum, exquisite venosum; corolla $1^1/_4$ poll. longa. — Differt a *C. sepium* foliis basi non truncatis. — Valde suspicor *C. sepium* cl. Gay. vol. IV. p. 442. hanc esse speciem.

331. Eritrichum fruticosum Ph. E. fruticosum, album; caule nempe epidermide nivea vestito, ramis foliisque vero pilis albis, appressis, confertis obtectis; foliis linearibus, erectis, confertis, setisque distantibus magnis ciliatis; pedunculis elongatis, denudatis; florum capitulis globosis, densiforis; calyce albescente, subtomentoso, vix ad medium diviso, lobis rotundatis, obtusissimis; corolla magna.

Specimen nomine *Heliotropii* num. 1077. in herbario chilensi reliquit cl. Gay, in saxosis prov. *Coquimbo* lectum. — Caulis pedalis, folia 9 lin. longa, $^3/_4$ — 1 lin. lata, setis albis $^1/_2$ lin. longis et 1 lin. inter se distantibus ciliata; calyx $1^1/_2$ lin. longus, pilis longis, mollibus appressis, albis in basi, fulvis in laciniis, dense obtectus; diam. limbi floris 2 lin. — Differt ab *E. gnaphalioide*, pariter fruticoso, calyce summo-

pere diverso; ab *E. capitulifloro*, caule fruticoso, floribus magnis etc.

332. Eritrichum cynoglossoides Ph. E. perenne, incanum, humile; caule pilis appressis vestito, basi ramoso; ramis simplicibus; foliis linearibus, inferioribus basi valde attenuatis, superioribus latioribus, oblongis, omnibus albo-hispidis; floribus ad apices ramorum in capitula congestis; calyce fulvo-lanato, corollis magnis.

In herb. Chilensi cum *E. capitulifloro* confusum jacebat, ut videtur prope *Arqueros* lectum. — Caulis 5 poll. longus; folia inferiora 10 lin. longa, 1 lin. lata, superiora 5 lin. longa, 1 $^1/_2$ lin. lata; calyx fere 1 $^1/_2$ lin. longus, diam. corollae 1 $^2/_3$—2 lin. — Differt ab *E. capitulifloro* foliis superioribus basi latioribus, fere amplexicaulibus, calyce corollaque duplo majoribus, vellere calycino breviore, magis rigido.

333. Eritrichum asperum Ph. E. annuum, ramosum; caule pilis brevibus, patentibus hirto; foliis linearibus, alboverrucosis; racemis elongatis, multifloris; calycis parvi tubo setis brevibus aspero, setis in basi laciniarum linearium obtusarum longioribus; corolla satis minuta.

Prope portum *Coquimbo* legi. — Caulis pedalis, folia 9—10 lin. longa, 1 $^1/_4$ lin. lata; calyx vix 1 $^1/_4$ lin. longus, diameter corollae vix 1 $^1/_2$ lin.; achaenia minima, pallide fusca, vix tuberculata, punctata. — Ab *E. globulifero* caule haud a basi ramosissimo, calyce minime pilis longis horizontalibus tecto, verrucis albis foliorum, ab *E. subamplexicauli* mihi (Flor. atacam.) foliis superioribus basi haud dilatatis, pilis caulinis brevioribus, calyce floribusque longe minoribus etc. differt.

334. Erftrichum dimorphum Ph. E. perenne, caulibus 4 – 6-pollicaribus, setis appressis hispidis, apice sub-

nudis; foliis linearibus obtusis; floribus *duplicibus*, aliis in parte inferiore caulis axillaribus, sessilibus, fertilibus, aliis in apice caulis per capitula densa globosa dispositis (sterilibus?); calycis flavo-hispidi laciniis obtusis; corolla florum terminalium calyce vix longiore, diametri 1 lin.; nuculis magnis, albis, verrucosis, triquetris angulis serratis.

In Andibus interioribus prov. *Santiago* occurrit. — Folia majora 17 lin. longa, $2^1/_2$ lin. lata, caulina superiora paucissima; longit. calycis $1^1/_2$ lin.; nucularum $2^1/_2$ lin. Calyces florum inferiorum demum acuti, albi. — Species duplici modo florendi distinctissima.

335. Eritrichum collinum Ph. E. annuum, humile, erectum; caule e basi ramoso, pilis albis patentibus hispido; foliis linearibus, setosis, albo-verrucosis; floribus inferioribus axillaribus, superioribus racemosis, distincte etsi breviter pedunculatis, calycis pilis flavis hispidi laciniis acutis; corolla minuta; nuculis calyce minoribus, angulatis, muricatis.

In collibus prope *Huanta*, prov. Coquimbo legit cl. Gay. Herb. chil. no. 1620. — Caulis $2-2^1/_2$-pollicaris; folia inferiora 8 lin. longa, $^3/_4$ lin. lata; calyx fere $1^1/_2$ lin. longus, fructifer haud accretus; pili flavi, imo rufescentes latitudinem laciniarum calycinalium aequant; diam. corollae $^3/_4$ —1 lin.; nuculae $^2/_3$ lin. rufescentes. — Differt ab *E. sessiliflora* DC. floribus inferioribus axillaribus, setis calycinis patentibus etc.

336. Eritrichum verrucosum Ph. E. annuum, hispidum; caule humili, erecto, ramoso, gracili; foliis sessilibus, oblongis, obtusis, albo-verrucosis, et setosis; floribus solitariis, axillaribus; calyce brevi, fulvo-hispido; corolla parva; achaeniis obsolete rugosis, costa mediana laevi munitis.

In Andibus depart. *Linares* invenit orn. Germain. — Radix tenuis, simplex, rubra. Caulis 4 poll. altus; folia

infima saepe rosulata, majora 6 lin. longa, 2 lin. lata; calyx in fructu modo $1\frac{1}{4}$; corollae tubus calycem aequans. — Habitus omnino *E. tinctorii* et pariter chartam colore violaceo tingit, sed caulis diffusius ramosus, pili crassiores, e verruca alba orti, et achaenia valde diversa, fere laevia et rosta mediana insigni notata. Etiam brevis descriptio *Plagiobothryos rufescentis* satis cum nostra convenit, sed excavationem nucularum non invenio.

337. Eritrichum tenuicaule Ph. E. annuum, glabrinsculum; caule basi ternatim diviso, filiformi; ramis lateralibus procumbentibus, intermedio erecto; foliis anguste linearibus, inferioribus oppositis; floribus sparsis, *omnibus axillaribus*, subsessilibus; calyce hispido-setoso; corolla parva, nuculis valde rugosis.

In provinciis centralibus, *Santiago*, *Rancagua*, locis humidis. — Rami circa 5-pollicares; folia radicalia 18 lin. longa, $\frac{3}{4}$ lin. lata; caulina circa 10 lin. longa, internodia subaequantia. — Habitus omnino *E. tenuifolii* Schldl., quod forte *E. humile* var. *capillatum* Clos, sed facillime floribus axillaribus, neque nudis distinguitur. Magis affine *E. procumbenti*, etsi huic rami e collo orti plurimi, abbreviati, unde habitus magis diversus.

338. Cynoglossum molle Ph. C. caule erecto, simplici, pilis albis villoso, striato; foliis confertis, oblongis, inferioribus in petiolum longum decurrentibus, superioribus basi truncatis, subauriculatis, sessilibus; racemis terminalibus, pluribus, ebracteatis; pedicellis 6 lin. longis; calycis segmentis lineari-lanceolatis, obtusiusculis; corolla calycem parum superante, albida, venis azureis pulcherrime picta; lobis limbi tubum brevem fere superantibus; germine glaberrimo.

Prope *Tomé* specimina duo in initio antheseos legit orn. Germain. — Caules bipedales, 2 lin. crassi; folia radicalia

usque ad 6 poll. longa, 1 poll. lata; diam. calycis 4 ½ lin. Faucis fornices breves; stamina inclusa.

Obs. *Cynoglossum paniculatum* R. et P.

339. Stachys candidissima Ph. St. perennis, erecta vel adscendens, lana alba densissima vestita; foliis oblongis, apice subtruncatis, argute dentatis, inferioribus in petiolum attenuatis; floralibus sessilibus, inferioribus calyce longioribus; verticillis sexfloris; calyce valde lanato, tubum corollae aequante; labio superiore corollae albo-lanato.

In Andibus depart. *Chillan* invenit orn. Germain.

Simillima *St. albicauli* et *St. Bridgesii*: a priore, ut reliqua taceam, tomento denso etiam calyces obtegente, a *Bridgesii* foliis in petiolum attenuatis, nec basi subcordatis, corollis brevioribus, dentibus calycinis pungentibus etc. differt.

340. Stachys grandidentata Lindl. pubescentia satis variat. Est enim: 1) tota molliter hirsuta, 2) piloso-pubescens, superius hispida, 3) inferius pubernla, superius glandulosa, 4) tota hispido-pilosa, 5) caule hispido, foliis vero glabris munita.

341. Verbena foetida Ph. V. suffruticosa; caule decumbente, ramis erectis, teretiusculis; foliis basi cuneatis, in petiolum attenuatis, tripartito-pinnatifidis, laciniatis, margine revolutis, supra sub lente strigosis, subtus canis, pubescentibus; laciniis ovatis, obtusis; spicis capitatis; bracteis linearibus, calyce paullo brevioribus; dentibus calycinis quartam tubi partem superantibus; tubo corollae incurvo, calycem bis aequante.

In Andibus depart. *Linares* legit orn. Germain. — Differt a *V. dissecta* pubescentia, bracteis multo longioribus, corolla rosea; a *V. erinioide* corollis obscure roseis, dentibus calycinis triplo longioribus, obtusiusculis, lobis limbi

corollae brevioribus. — Folia 13 lin. longa, fere 6 lin. lata; petiolus in foliis inferioribus fere $^2/_5$ hujus longitud. occupat; calycis 3 lin. longi dentes inaequales, superiores paullo majores; tubus corollae $5\,^1/_2$ lin. longus; laciniae limbi modo $1\,^1/_3$ lin.; stamina omnino inclusa, appendicibus destituta; tubus corollae intus in dorso usque ad antheras superiores pilis setosis, albis, retro-spectantibus vestitus.

342. Verbena (Shuttleworthia) origenes Ph. V. suffruticosa? densissime hirta; caulibus crassitie pennae corvinae, superius haud attenuatis; foliis omnibus oppositis, cuneatis, trifidis, laciniis ovato-triangularibus, acutis, integerrimis aut tridentatis; spicis terminalibus, ternis, densissimis, basi foliatis; bracteis linearibus, calycem aequantibus.

In editissimo Andium Coquimbensium monte *del Toro* reperit cl. Gay. Herb. chil. no. 1906. — Specimina satis manca. Caules, ut videtur, sexpollicares, et folia praesertim in nervis paginae inferioris pilis brevibus, albis, patentibus dense tecti; folia 9 lin. longa, totidem lata; spicae defloratae 15-lineares, densissimae; calyces fructiferi 4 lin. longi, minus hirti quam reliqua planta, in costis praesertim pubescentes, in valleculis intermediis glabriusculi. Affinitas summa cum *V. deserticola* Ph. Fl. Atacam. manifesta est.

343. Verbena uniflora Ph. V. fruticosa, densissime caespitosa, humillima; foliis confertissimis, linearibus, obtusis, integerrimis, pubescentibus, ciliatis; floribus in apice ramulorum solitariis; calyce hirto; corolla calycem bis aequante.

In subandinis provinciae Coquimbo ad *Huanta* lectam cl. Gay in herb. chil. sub nomine „Heliotropus“ no. 1080. reliquit. — In Andibus prov. *Santiago* varietas floribus saepe binis occurrit. Trunci humifusi, ramosissimi, basi 4 lin. crassi, sed vix 3 poll. longi, foliis emarcidis, cinereis basi

tecti; folia 2 lin. longa, $^1/_3$ — $^1/_2$ lin. lata, nervo mediano subtus prominente; calyx $1\,^1/_2$ lin. longus, quinquedentatus, dentibus late triangularibus; corolla intus pilosa; stamina majora fauces non aequant, minora dimidium tubum; achaenia elongata, 1 lin. longa.

344. Verbena microphylla Ph. V. fruticosa, caespitosa, ramosissima, humilis; foliis confertis, fasciculatis, minimis, sessilibus, tripartitis, strigosis; laciniis linearibus, obtusis, margine revolutis; spicis capitatis; bracteis ovatis, calycem dimidium aequantibus; calycibus corollisque pilis albis reflexis hirtis; dentibus calycinis brevibus ovatis; tubo corollae calycem fere $2\,^1/_2$ aequante, laciniis limbi brevibus.

In Andibus dep. *Linares* lecta fuit. — Folia ad summum 2 lin. longa; calyx $2\,^2/_3$ lin. longus; corollae tubus 5 lin. longus, lobi limbi $1\,^1/_4$ lin. Tubus corollae roseus, limbus isabellinus; stamina inclusa, haud appendiculata. — Variat foliis magis confertis, imbricatis, paullo magis hispidis, unice in ramis floriferis internodia haud superantibus.

345. Verbena trifurcata Ph. V. fruticosa, humilis, ramosissima, densissime caespitosa, pubescens; foliis sessilibus, cuneatis, trifidis; laciniis linearibus, uninerviis; floribus terminalibus 1 — 2, sessilibus; corollae tubo calycem longe excedente.

In Andibus interioribus prov. *Santiago* occurrit. — Caespes 3 poll. altus; folia ramorum elongatorum distantia, 4 lin. longa, totidem lata, in aliis ramis vero confertissima, 2 lin. longa; calyx $2\,^1/_2$ lin.; corollae tubus $4\,^1/_2$ lin. longus. — Differt a *V. microphylla* floribus 1 — 2 in apice ramulorum sessilibus, ab *uniflora* foliis trifurcatis.

346. Dipyrena valdiviana Ph. D. fruticosa, imo arborea, fere glaberrima; ramis virgatis striatis; foliis oppositis,

lanceolatis, acutis, integerrimis, rarius dentatis, dentibus utrinque tribus, subpetiolatis, distantibus; floribus terminalibus, spicatis; rhachi pubescente; calycis dentibus minutis, inaequalibus.

In provincia *Valdivia*, variis locis e. gr. ad *Rio negro* inter Osorno et Maullin, prope lacum *Pueychue* cfr. Gay hist. Chile Docum. II. p. 459 etc., *Retama* incolarum. — Frutex triorgyalis et altior; internodia fere 2 poll. longa; folia 9—10 lin. longa, 2 lin. lata; spicae circa 20-florae; corollae caelestes, 4 lin. longae, calycem multo superantes; stylus vix exsertus; drupa ovata $1\frac{1}{3}$ lin. longa, dipyrena, carpellis unilocularibus nec quadrilocularibus, ut in characteribus genericis dicitur.

347. **Dipyrena dentata** Ph. D. fruticosa, puberula; ramis virgatis, striatis; foliis oppositis, oblongis, in petiolum attenuatis, obtusiusculis, versus apicem 3—5-dentatis, rarius integerrimis; spica laxa, rhachi calycibusque dense pubescentibus.

In Andibus prov. *Santiago*, e. gr. *Salto de agua*, ad thermas de *Cauquenes* dictas (Gay herb. Chil. no. 2005). — Simillima praecedenti, sed longe magis pubescens, magis foliosa, folia ad apicem latiora, obtusiora, interdum truncata, fere omnia dentata, 9 lin. longa, 3 lin. lata; calyx 1 lin., corolla 4 lin. longa; frutex modo humilis. — An *Dip. glaberrima* Hook. in Andibus prope Mendoza crescens? Sed haec glaberrima dicitur, eique rami spinescentes, folia integerrima, calyx fissus tribuuntur, quae notae in nostram non quadrant.

348. **Solanum puberulum** Ph. S. fruticosum, ramis teretibus, viridibus; foliis petiolatis, oblongis, utrinque attenuatis, integerrimis, puberulis; umbellis 3—6-floris; pedun-

culo communi radios aequante, dimidio folio vix longiore; dentibus calycinis brevissimis, latissimis; corolla margine dense lanata; antheris solutis, poris dehiscentibus.

In Andibus dep. *Chillan* legit orn. Germain. — Differt a *S. evonymoidi* Remy apud Gay, quod *S. valdiviense* Dun., ramis teretibus, glaberrimis; foliis in petiolum sensim angustatis; pedicellis longioribus, foliis utrinque hirtellis. — Folia 24 lin. longa, 4 — 8 lin. lata; pedunculus communis 2 — 8 lin. longus; pedicelli 6½ lin., calyx 1 lin. longus; diam. corolla 6 lin. Folia interdum basi auriculata sunt. — Variat foliis angustis et foliis latioribus.

349. Solanum Germaini Ph. S. fruticosum, glaberrimum; ramis tenuibus, teretibus; foliis solitariis, petiolatis. polymorphis, obtusis; aliis perfecte ovatis, integerrimis, aliis trilobis, lobis basalibus terminali minoribus, aliis quadrilobis, imo quinquelobis; cymis extra - axillaribus 6 — 9-floris; pedicellis haud articulatis; dentibus calycis basi subhirsuti ovatis, acutis, glabris; corolla glabra, quinquefida; antheris crassis; stylo antheras longe superante.

In montibus prope *Aculco* habitat. — Petioli circa 4 lin.; lamina 10 lin. longa, 6 lin. lata; pedunculus communis 5 lin., pedicelli totidem; calyx 1½ lin. longus; diam. corollae 6 lin.

350. Solanum Fernandezianum Ph. S. tuberculis destitutum? caule *glabro;* foliis interrupte pinnatis, *subquinquejugis;* foliolis oblongis, acuminatis, sessilibus, ad basin stipulatis; stipulis suborbicularibus; pilis brevissimis, distantibus in pagina utraque, praesertim inferiore conspicuis; cymis tripartitis, ramis elongatis, racemosis, multifloris; pedicellis *basi* articulatis; calyce corollaque glaberrimis; laciniis calycinis *brevibus, ovatis;* corolla violacea profunde quinquangulari, ciliolata; stylo stamina vix superante.

Ex insula *Juan Fernandez* attulit oru. Germain. — Folium maximum 9 ½ poll. longum, foliola majora 3½ poll. longa, 1 poll. lata; pedunculus communis 3 ½ poll. longus; rami ejus fere totidem; pedicelli 9 lin.; laciniae calycinae vix 1 ½ lin. longae; diam. corollae fere 10 lin. Praeterea noto stipulas 6 lin. longas et foliolum terminale antecedentibus paullo minus esse; articulatio pedunculorum parum conspicua est. — Differre a *S. tuberoso* cymarum tripartitarum ramis elongatis etc.; ab *etuberoso* floribus longius pedunculatis; foliolis multo majoribus (de forma laciniarum calycis apud cl. Dunal altum silentium!); a *Commersoni* caule glabro, racemo multifloro, pedicellis *basi* articulatis; foliolo ultimo reliquis minore etc.; a *S. collino* foliis superioribus quinquejugis, calyce glaberrimo etc.

351. Solanum Bustillosi Ph. *S. etuberosum? omnino velutino-puberulum*, basi sublignosum; foliis interrupte pinnatis, haud stipulatis, 5—7-jugis; foliolis oblongis acutis, ultimo vix majore; corymbo umbellato; pedicellis plerumque paullo infra medium articulatis; laciniis calycis vix puberuli *linearibus*; corolla violacea diametri 9—10-linearum.

In Andibus depart. *S. Fernando* legit cl. Bustillos. — Folia 7 poll. longa; foliola 21 lin. longa, 8—9 lin. lata; radii corymbi 18 lin. longi. — Differt a *S. tuberoso* pubescentia, laciniis calycinis linearibus; iisdem notis ab *etuberoso* discrepat; a *Fernandeziano* jam inflorescentia toto coelo differente distinguitur; ab *immiti* foliolis 5—7-jugis nec trijugis; a *Commersoni* segmento ultimo reliquis non majore, laciniis calycinis linearibus; a *collino* numero foliolorum etc.

352. Rhopalostigma thymifolium Ph. Rh. fruticosum, glabriusculum; foliis sparsis, elongato-linearibus; calycibus late-ovatis; corolla late campanulata.

Prope *Rivadaria* legit cl. Gay (Herb. chil. no. 1195); incolis *Monte del burro* audit. Folia 4 lin. longa, $^3/_4$ lin. lata; pedunculi fere 6 lin. longi; calyx 5 lin. longus, 4 lin. latus; corolla 9 lin. longa, flavida, extus pubescens, in ore 7 lin. lata; stamina et stylus corollam aequant. — A *Rh. pendulo* et *microphyllo* mihi (cfr. Flor. Atacamensem) facillime glabritie ramorum foliorumque distinguitur.

353. Desfontainea ilicifolia Ph. D. foliis coriaceis ovatis, spinoso-dentatis; dentibus utrinque plerumque tribus triangularibus; pedunculis calycem vix aequantibus, calycis glaberrimi laciniis oblongis obtusis, ciliolatis, vix tertiam partem corollae aequantibus.

D. spinosa Remy apud Gay flor. Chil. vol. V. p. 99. t. 56, non R. et P.

In variis locis umbrosis humidis prov. *Valdiviae* occurrit v. gr. ad rivulum *Chapuco*, ad radicem vulcani de Osorno dicti, ad Portum Montt. (vidi spec. a cl. Fr. Fonk communicata.) — *Desf. spinosa* R. et P. Fl. peruv. II. 47. t. 186. (mala a cl. Remy vocata) differt: 1) foliis multo majoribus, tripollicaribus (in *ilicifolia* plerumque $1\,^1/_2$ — 2 poll. longa sunt), spinis utrinque 7—9, lobulo rotundato, nec denti latetriangulari sed acuto impositis; 2) floribus longius pedunculatis; 3) calyce *villoso*, $^2/_5$ corollae aequante; laciniis angustioribus, linearibus, attenuatis acutis; 4) fructu multo majore. — *D. chilensis* Gay l. c. p. 100 secundum specimen a cl. Gay in herb. Chil. relictum differt 1) foliis angustioribus, exquisite cuneatis; dentibus eorum vix mucronatis haud spinosis; 2) laciniis calycinis angustis, linearibus; 3) corollis ut videtur minoribus. In specimine corolla modo 11 lin. longa, sed nondum bene aperta est, corolla *D. ilicifoliae* vero 17 lin. longa est.

354. Nolana angustifolia Ph. N. annua; caulibus debilibus, procumbentibus, inferius glabris, superius hirsutis; foliis omnibus oblongo-linearibus, radicalibus in petiolum longum attenuatis, obtusis, glabriusculis; caulinis sessilibus, geminatis, saepe fere lanceolatis, ciliatis, pilosis; floribus axillaribus, longe pedunculatis, glaberrimis; calycis tubo plicato, laciniis basi latis, sensim angustatis; corolla calycem saltem bis aequante.

In maritimis prope *Coquimbo* habitat. Herb. chil. no. 1207. Cl. Gay. — Folia radicalia fere 5 poll. longa, petiolo incluso, et 7 lin. lata; pedunculi 2 poll., calyx 7 lin. longus, corolla 15 lin. Fructus non suppetunt.

355. Melosperma glabra Ph. M. suffruticosa, humilis, erecta, glabra; foliis lanceolatis, breviter petiolatis, integerrimis, glaucis, margine ciliato-scabris; pedunculis axillaribus, brevissimis; calycis laciniis lanceolatis, majore corollam subaequante; corolla quinqueloba, caerulea.

In Andibus provinciae *Santiago* satis frequens.— Caulis spithamaeus, basi lignosus, ramosissimus; folia internodia superantia, 8 lin. longa, $2^1/_2$ — 3 lin. lata; pedunculi vix 1 lin. longi, corolla $3^1/_2$ lin. longa, pallide aut intense caerulea. Capsula calycem aequans; semina matura non vidi.

356. Ourisia rosea Ph. Ou. glaberrima, scapigera; foliis radicalibus ovatis, basi subtruncatis, crenatis, longius vel brevius petiolatis; caulinis s. bracteis minutissimis, sessilibus, ovatis, integerrimis vel incisis; floribus circa 6, roseis, breviter pedunculatis, confertis; calycis profunde quinquepartiti laciniis oblongo-lanceolatis; tubo corollae calycem bis aequante, lobis obcordatis, tubum subaequantibus.

In Andibus depart. *Linares* legit orn. Germain. — Caulis vix repens; folia radicalia circa 10, in speciminibus

majoribus petiolo 17 lin. longo insidentia, lamina 12 lin. longa, 10 lin. lata; scapus 3 1/2 poll. altus, unico parce foliorum parum infra inflorescentiam onustus; haec folia vix 2 1/2 lin. longa; pedicelli 2 1/2 — 3 1/2 lin. longi, basi bracteis obovatis integerrimis aut tricrenatis fultis; calyx 2 1/2 lin. longus; tubus corollae 3 1/2 lin.

357. Ourisia uniflora Ph. Ou. hirsuta, humilis; caule decumbente; foliis longe petiolatis, ovatis, paucicrenatis; pedunculo elongato, erecto, unifloro, paucifoliato, foliis minutis, ovato-oblongis, basi attenuatis, sessilibus; flore erecto; calycis quinquepartiti laciniis oblongis, ciliatis; corollae tubo calycem sesquies aequante; laciniis obcordatis, venosis, tubum aequantibus.

In monte circa 5000 p. alto „*Cerro del dooc de Febrero*“ inter lacus *Todos los Santos* et *Nahuelhuapi* invenit orn. Dr. Fr. Fonk. — Petioli 6 lin. longi, lamina usque ad 3 1/2 lin. longa, 3 lin. lata, ovata aut subcordata, crenis plerumque 2 utrinque; pedunculi 2 1/2 poll. alti, unum vel duo paria foliorum minutorum, 2 1/2 lin. longorum in medio gerentes; calyx fere 2 1/2 lin.; corollae tubus 3 1/2 lin. longus. Color floris pallide roseus fuisse videtur, venae ejus valde conspicuae sunt.

358. Ourisia pygmaea Ph. Ou. humilis, pusilla, glabra; caulibus repentibus, filiformibus; foliis minimis, petiolatis, late cordatis, integerrimis; pedunculis axillaribus, elongatis, unifloris; flore erecto; calycis quinquepartiti laciniis ovato-oblongis, ciliatis; corollae tubo calycem fere bis aequante, laciniis obcordatis tubum aequantibus.

In eodem monte ac priorem detexit orn. Fonk. — Rami 2—3-pollicares, petioli 1 1/2 lin., lamina foliorum 1 1/4 lin. longa, 1 lin. lata; pedunculi 5 lin., calyx 1 1/2 lin., tubus corollae 2 1/4 lin. Corolla caeterum ut in priore.

359. Mimulus longipes Ph. M. glaber, caulibus simplicibus, debilibus, prostratis, ad nodos radicantibus; foliis sessilibus, ovatis, obtusiusculis, subintegerrimis; pedunculis folio plus duplo longioribus; dentibus calycinis brevissimis corolla calycem ter, stylo calycem bis aequante.

In Andium prov. *Santiago* valle, *Cajon del rio de Codegua* dicto, invenit oru. Germain. — Folia 7 lin. longa, 4 lin. lata; flores magnitudine cum illis *M. Bridgesii* Clos conveniunt, et intense citrini sunt. Calycis dentes tam breves, ut limbus truncatus et edentulus appareat.

360. Mimulus luteus L. var. *nicranthus* Ph. M. corolla parva, modo 9 lin. longa, fauce barbata, lutea purpureo-punctata; pedunculo folium suum vix aequante.

In Andibus *de la Compañia* dictis prov. Santiago occurrit haec varietas insignis, corolla minore et pedunculis brevioribus distinguenda.

361. Euphrasia perpusilla Ph. Eu. glaberrima, minima; caule vix pollicari, ramoso; foliis confertissimis, inferioribus obovato-spathulatis, integerrimis, superioribus trilobis; laciniis calycinis linearibus, apice rotundatis; corolla calycem bis aequante.

In insulis *Chonos* circa 800 pedes supra mare legit oru. Dr. Fr. Fonk. — Folia inferiora $1\,^1/_2$ lin. longa, 1 lin. lata; calyx 2 lin., corolla $2\,^2/_3$ lin. longa. — Differt ab *Eu. antarctica* glabritie, foliis inferioribus integerrimis; a reliquis speciebus chilensibus magnitudine, foliis inferioribus integerrimis etc. satis superque discrepat.

362. Schizanthus Gilliesii Ph. Sch. caule glabriusculo; foliis pinnatipartitis, laciniis oblongo-ovatis, incisis, supremis confluentibus; calyce pilis glandulosis obsito; corollae amplae tubo calycem sesquies aequante; labii superioris laci-

nia media ovato-lanceolata, violacea, laterales fere bis aequante, laciniis lateralibus latis; labii inferioris lobo mediano lato, exciso, utrinque acuminato, lobos laterales labii superioris aequante.

In Andibus depart. *S. Fernando* invenit cl. Vinc. Bustillos. — Similis *Sch. Grahami* Gill., sed facile distinguitur caule inferius nec non foliis glabro; foliorum laciniis latis; calyce breviore, corolla sesquies majore, laciniis ejus omnibus (praeter appendices setaceas labii inferioris) latioribus, mediana labii superioris pallide violacea, neque crocea.

363. Calceolaria Segethi Ph. C. fruticosa, ramosissima; foliis linearibus, margine revolutis, obtusissimis, supra rugosis, viridibus aut incanis, subtus albo-tomentosis; panicula pauciflora; corollae labio inferiore elongato-oblongo, basi longe angustato, ultra medium aperto.

Habitat in Andibus *Santiago*, ad argentifodinam *las Araňas* orn. Dr. Car. Segeth in cujus honorem dixi reperit. Frutex bipedalis, folia 4 lin. longa, 1 lin. lata; calyx $1\,^1/_2$ lin. longus, labium superius $1\,^3/_4$ lin., inferius $3\,^1/_2$ lin. longum. — Differt a *C. ferruginea* (quam nondum vidi) inflorescentia et lobo inferiore corollae valde elongato; a *pinifolia* ramis superius haud denudatis, inflorescentia etc.; ab *hypericifolia* foliis subtus tomentosis, inflorescentia etc.

364. Calceolaria vernicosa Ph. C. fruticosa, dense foliosa, glabra; ramis ad apicem, petiolis, calycibusque glanduloso-viscosis; foliis sessilibus, lanceolato-oblongis, basi attenuatis, subcoriaceis, serrato-dentatis, acuminatis, supra viscosis, vernicosis, infra pallidis, reticulatis; floribus corymbosis; labio corollae superiore calycem superante, inferiore subtriplo majore, subgloboso, late aperto.

Prope *Calbuco* leg. cl. Gay. — Folia 16 lin. longa, 6 lin. lata, internodia bis aequantia; corymbus dichotomus, ex

bifurcatione pedunculos binos, unifloros emittens, bracteis duabus, lineari-subulatis fultus. Corolla lutea, fere 6 lin. longa, calyx fere 2 lin. longus; capsula calycem stylumque aequans, pilis brevibus glandulosis obsita.

365. **Calceolaria collina** Ph. C. fruticosa; caulibus pubescentia longa, alba detergibili tectis, demum glabratis; foliis hirtis, subsessilibus, oblongo-linearibus, dentibus irregularibus, magnis, saepe recurvis inciso-serratis, etiam floralibus serratis; racemis abbreviatis, paucifloris; corollae labio superiore calycem nervosum haud aequante, inferiore calycem ter aequante, usque ad medium aperto.

In collibus ad *Arqueros* invenit orn. cl. Gay herb. Chil. no. 1145. — Folia 24 lin. longa, 7—8 lin. lata; calycis segmenta 2 lin. longa; corollae labium inferius 5 lin. — Differt a *C. integrifolia* pubescentia, labio superiore corollae minuto; a *C. viscosissima* pubescentia, defectu viscositatis, foliis minoribus, panicula pauciflora, labio superiore minuto; a *sessili* caule haud viscoso, labio superiore minuto; a *dentata* pubescentia, corollae labio superiore minuto; ab *adscendente* pubescentia longe diversa etc.; ab *andina* foliis minime „in petiolum longiuscule attenuatis“ etc.; a sequente pubescentia, foliis sessilibus, labio superiore minuto.

366. **Calceolaria verbascifolia** Bertero. C. caule suffruticoso, tomentoso, glanduloso (sed minime viscosissimo); foliis confertis, oblongis, in petiolum brevem attenuatis, connatis, irregulariter dentatis, dense pubescentibus, rugosiusculis, floralibus sessilibus, ovato-lanceolatis, subintegerrimis; panicula trichotoma, ramo mediano dichotomo; pedicellis circa 6 lin. longis; corollae labiis calyce multo longioribus, superiore nempe calycem bis, inferiore calycem quater aequante, basi vix contracto.

C. verbascifolia Bertero Mercurio Chileno. — *C. andina* var. β. Clos apud Gay V. p. 164. — *Rancagua* Bertero (exstat specimen in herb. chil.). Folia in speciminibus majoribus cum petiolo 3 poll. et 4 lin. longa, 18 lin. lata; calyx 2, corolla 5 lin. longa. — Cl. Clos pro varietate *C. andinae* declarat, sed huic rami superius viscosissimi et „corolla quam in affinibus minor“ a el. Bentham tribuitur, et in *verbascifolia* satis magna est, ut reliquas notas taceam. In diagnosi operis Gayani l. c. „corollae labium superius sepalis *brevius*“ dicitur, in descriptione hispanica vero „paullo *longior* dicitur!!!“ Ex prodromo DeCandollii p. 219. 220. labium superius corollae calyce *longius* est.

367. Calceolaria quadriradiata Ph. C. fruticosa, glanduloso-viscosa; ramis apice nudis, vetustioribus epidermide laxa, albida, nitida vestitis; foliis parvis, oblongis, rugosis, utrinque acuminatis, serratis, dentibus subrecurvis; floralibus ovato-lanceolatis, serratis; floribus umbellatis, radiis quatuor, satis confertis; labio superiore corollae sepala subaequante.

In saxosis Andium ad *Huanta* legit el. Gay. Herb. chil. no. 1141. — Folia 15 lin. longa, 5 — 6 lin. lata; internodium ultimum 5 poll. longum; sepala 2 lin., labium inferius corollae 5 lin. longum. — Species inflorescentia umbellata, quadriradiata inter fruticosas affines distinctissima.

368. Calceolaria glabrata Ph. C. suffruticosa, glaberrima; ramis basi dense foliosis, superius denudatis, gracilibus; foliis ovato-oblongis, in petiolum angustatis, crenato-dentatis, acutis, reticulatis, supra vernicoso-nitidis, subtus albidis; supremis integerrimis, sessilibus; racemis terminalibus, geminis, subaphyllis; pedunculo communi elongato; corollae labiis calycis segmenta acutiuscula multum superantibus; inferiore majore, semiglaboso.

In Andibus depart. *Chillan* leg. orn. Germain. — Folia 24—27 lin. longa, 8 lin. lata, petiolo $^2/_5$ hujus longitudinis occupante; pedunculi communes 24 lin. longi, pedicelli 6 lin., superiores sensim breviores; calyx 2 lin.; corollae labium superius $3\,^1/_4$, inferius 4—5 lin. longum. — Differt a *C. andina* foliis glaberrimis, labio corollae superiore magno; a *viscosissima* foliis glaberrimis, calyce magno, haud tomentoso; a *C. sessili* glabritie, foliis petiolatis etc., a *dentata* ramis glaberrimis, calyce acuto, glaberrimo, vix glanduloso, a *nitida* Colla inflorescentia racemosa nec paniculata foliosaque etc.; a *Berterii* foliis haud serratis, floribus haud paniculatis.

369. Calceolaria Meyeniana Ph. C. suffruticosa, glabrinscula, viscosa; foliis ad basin ramorum confertis, oblongo-lanceolatis, basin versus sensim attenuatis, subpetiolatis, rugosis, margine obsolete serrulatis; floralibus parvis, integerrimis; corymbo dichotomo; pedicellis gracilibus, pubescentibus; corollae labio superiore calycem superante, inferiore superiorem bis aequante, elongato, basi attenuato.

In montibus prope *Aculco* invenit orn. Germain. — Rami vetusti cinereo-fusci; novelli 6—8-pollicares; folia 16 lin. longa, $4\,^1/_2$ lin. lata; pedicelli 4—6 lin. longi; sepala $1\,^2/_3$, corollae $4\,^1/_2$ lin. longa. — Differt a *C. dentata* foliis modo denticulatis, minime argute dentatis, pilis pedunculorum et calycis longe brevioribus, foliis basi confertis etc. —; ab *andina* foliis minime in petiolum abrupte angustatis; a *glabrata* mihi pubescentia, foliis minoribus, brevius petiolatis, denticulatis; a *Berterii* foliis minute denticulatis, nec serratis.

370. Calceolaria ambigua Ph. C. suffruticosa; ramis erectis, glanduloso-hirtis; foliis lanceolatis, basi breviter

attenuatis, glabris, glutinosis, argute serrato-dentatis, superioribus integerrimis, floralibus sive bracteis sat magnis; corymbo dichotomo, pauciflore, compacto; labio superiore corollae calycem valde superante, inferiore ovato-orbiculari.

Prope *Tomé* legit orn. Germain. — Rami vetusti fusci, novelli 6—8 poll. alti, erecti; folia 18 lin. longa, 6 lin. lata, illa sub dichotomia corymbi 9 lin. longa, 1 ½ lin. lata; internodium supremum modo 2 poll. longum; pedicelli 4 lin., lobi calycini 1 ⅔, corollae labium superius 2 ¼ lin., inferius vix 4 lin. longum. — Differt a *dentata* ramis brevibus, superius non elongatis; corymbo pauciflore; ab *andina* foliis argute dentatis, basi haud abrupte attenuatis, ramis usque ad corymbum foliosis; a *glabrata* mihi pubescentia, ramis usque ad corymbum foliatis, foliis brevissime attenuatis; a *Meyeniana* labio inferiore corollae orbiculato, neque elongato basi attenuato, foliis argute et sat grosse serrato-dentatis etc.

371. Calceolaria pratensis Ph. C. herbacea, hispida; foliis radicalibus oblongis, acutis, in petiolum attenuatis, grosse serratis; caule subnudo; corymbi ramis subumbellatis; floribus permagnis (3 ½ lin. longis); labio superiore calyce breviore, inferiore subgloboso, parum aperto.

Prope *Rancagua* legit cl. Bertero. — Folia radicalia circa 7 poll. longa, 3 poll. lata, caulis 2 ½ pedem altus, corymbus quadriradiatus; calyx 2 lin. longus. — Differt a *C. corymbosa* foliis profunde dentatis, etiam floralibus dentatis, corymbo umbellato, floribus multo majoribus; a *C. paralia* pubescentia longe diversa, inflorescentia umbellato-corymbosa, floribus multo majoribus etc.

372. Calceolaria araucana Ph. C. herbacea, erecta, pubescens; caule folioso, foliis sessilibus, ovatis vel oblongis, utrinque attenuatis, acutis, argute dentatis, floralibus cordatis,

integerrimis; corollae labio superiore calycem subsuperante, inferiore calycem bis aequante, ultra medium aperto.

Ad lacum *Ranco* prov. Valdiviae legit cl. Gay. — Caulis ultra pedalis; folia radicalia ...., caulina inferiora ovata, fere 4 poll. longa, et $1\,^1/_2$ poll. lata, superiora sensim minora et praesertim angustiora; denticuli marginis frequentes, regulares. Corymbus nec multi- nec pauciflorus; valde bracteatus, pedicelli 5 lin. longi; calyx 2 lin., labium inferius corollae 4 lin., stylus in flore $2\,^1/_2$ lin. longus.

373. Calceolaria picta Ph. C. herbacea, hispida; caule basi foliato, superius subnudo; foliis inferioribus oblongis, in petiolum attenuatis, irregulariter dentatis, medianis parvis, sessilibus, sublinearibus, supremis integerrimis; ramis corymbi terminalis geminis; bracteis nullis, calyce villoso; corollae labio superiore calyce breviore, inferiore violaceo, centro luteo, nigro-punctato, orbiculato, valde inflato, basi vix contracto, parum aperto.

In Andibus prov. *Coquimbo* ad *Hurtado* legit cl. Gay. Herb. chil. no. 1144. — Folia radicalia incluso petiolo 12 — 14 lin. longo sexpollicaria, supra pilis brevibus distantibus hirta, subtus in nervis magis hirsuta; sepala 2 lin. longa, valde obtusa; labium inferius 5 lin. longum. — Floribus variegatis inter affines distinctissima est.

374. Calceolaria tenera Ph. C. herbacea, puberula; caulibus erectis, foliatis; foliis radicalibus ovato-oblongis, in petiolum angustatis, crenulatis vel fere integerrimis; caulinorum paribus subtribus, superioribus sessilibus; corymbo dichotomo pauciflore; corollae labio superiore sepala superante, inferiore obovato, parum contracto.

In Andibus depart. *Chillan* habitat; legit orn. Germain. — Caulis $1 - 1\,^1/_2$ pedalis; folia radicalia pauca, sequentibus

minora; caulina inferiora 3 poll. longa, incluso petiolo, circa 8 lin. longo, 15 lin. lata; pedicelli $4^1/_2$ lin. longi, pilis brevibus luteis, glandulosis tecti; lobus superior corollae fere 2 lin., inferior 4 lin. longus.

375. Calceolaria valdiviana Ph. C. herbacea, omnino pubescens; caule erecto, subaphyllo; foliis radicalibus confertis, rosulatis, ovatis, in petiolum attenuatis, integerrimis; floribus corymbosis; corollae labio superiore calycem superante, inferiore amplo, ovato-orbiculari.

In pratis prope *Osorno* prov. Valdiviae legi. — Differt a *C. paralia* pubescentia longe diversa; a *corymbosa* labio superiore corollae majore, inferiore minore etc.; a *crenatiflora* labio inferiore corollae minore, haud crenato; a *nudicauli*, foliis integerrimis etc., a *filicauli* labio superiore corollae longe majore etc.

376. Calceolaria tetraphylla Ph. C. herbacea; foliis radicalibus subquatuor, ovatis, truncatis, profunde dentato-serratis, utrinque sed praesertim subtus villoso-lanuginosis, pannosis, albis; petiolo lamina breviore, alato; caule elato, omnino nudo, piloso; bracteis ad basin ramorum corymbi ovatis, integerrimis, sessilibus; labio superiore corollae citrinae calycem fere superante; inferiore fere quadruplo majore, globoso, parum aperto.

In Andibus depart. *Chillan* legit orn. Germain. — Folia radicalia usque ad 30 lin. longa, totidem lata; petiolus 15 lin.; caulis $1^1/_2$-pedalis, basi vix $1^1/_4$ lin. crassus, ruber, omnino aphyllus; bracteae majores 9 lin. longae, 5 lin. latae; corymbus 5-pollicaris; pedicelli glanduloso-pilosi, 7 lin. longi; calyx 2 lin.; labium inferius corollae $5^1/_2$ lin. longum. — Folia lanuginosa fere ut in *C. Paralia*, a qua tamen primo adspectu caule omnino aphyllo, foliisque longe crassioribus pannosis distinguitur.

377. Calceolaria puncticulata Ph. (*Jovellania*). C. fruticosa, glabra; foliis breviter petiolatis, ovatis, acutis, duplicato-serratis, punctis resinosis minimis aureis aspersis, subtus pallidioribus, in nervis puberulis; floralibus sessilibus, lanceolatis, integerrimis, corollis lilacinis 2, fere 6 lin. longis, fere tubulosis.

Prope *Tomé* legit orn. Germain. — Frutex 2—3-pedalis; rami juniores et pedunculi glanduloso-puberuli; foliorum inferiorum petiolus 6 lin., lamina fere 24 lin. longa et 13 lin. lata. — Differt a *C. punctata* caule magis fruticoso, punctis resinosis foliorum aureis nec purpureis, multo minoribus; corollis longe minus dilatatis; a *C. violacea* vero magis abhorret foliis magnis, duplicato-serratis etc.

Myzorrhiza Ph. novum genus *Orobanchearum.*

Flores unibracteolati, bracteola subulata et bracteam et calycem aequante. Calyx fere quinquepartitus, laciniis aequalibus, subulatis; corolla fere regularis, tubuloso-infundibuliformis, lobis quinque subaequalibus, duobus superioribus sc. paullo majoribus. Stamina infra medium tubi inserta, quatuor, didynama, inclusa; filamenta linearia, glabriuscula; antherae ovatae, biloculares, loculis basi divaricatis, acutis. Stylus staminibus paullo brevior; stigma bilobum; ovarium uniloculare; placentis quatuor geminatis, ovulis numerosissimis. Capsula bivalvis, valvis usque ad basin liberis, medio placentigeris.

378. Myzorrhiza chilensis Ph.

In Andibus provinciae *Santiago* et ipse legi et orn. Germain. — Caulis simplex, humilis, c. 5—6 poll. altus; pars basilaris 4 lin. crassa, circa 3-pollicaris; spica densa aequalis. Squamae caulinae ovato-oblongae, superiores sensim angustiores et acutiores; bracteae inferiores 6—7 lin. longae,

2—2 1/2 lin. latae; calyx 6 lin. longus extus dense pubescens, intus corollinus, violaceus; corolla 7 1/2—8 lin. longa, lobis lineari-oblongis, obtusis.

379. Plantago caespitosa Ph. Pl. caulibus multicipitibus, densissime caespitosis, foliorum confertissimorum basi vestitis; foliis brevibus, linearibus, carnosis, uninerviis, acutis, glabris aut strigosis; pedunculo communi nullo; floribus umbellatis, subsessilibus, involucro diphyllo, foliolisque calycinis ovatis, scariosis, nervo mediano viridi; lobis corollae ovatis acutis; capsula . . .

Ad limitem nivis perpetuae in Andibus prov. *Santiago* legit orn. Germain. — Caules humillimi, foliis siccis nigris confertissimis vestiti, caespites densissimos diametri 1 — 2 pedum formant, exacte ut illi Azorellae, Bolacis etc.; folia 4 —5 lin. longa, 1 lin. lata; pedunculi vix 1/2 aut 1 lin. longi; foliola calycina 1 lin.; filamenta longissima.

380. Boerhavia nudicaulis Ph. B. foliis omnibus radicalibus, breviter petiolatis, ovatis, subcordatis, repandis, supra glabriusculis viridibus, subtus albo-tomentosis; caulibus erectis, glanduloso-pilosis, paniculatis; bracteis linearisetaceis; floribus in apice ramulorum gracilium capitatis; involucello sub-7-phyllo; fructibus glanduloso-pilosis.

Ex Andibus depart. *Chillan* attulit cl. Germain. — Folia 2 1/2 poll. longa, 1 1/2 poll. lata, petiolo 12 — 14 lin. longo fulta, circa 6—7; caules sex, potius scapi, 1 — 3 ex eadem radice, circa pedem alti, vix 1/2 lin. crassi, a medio inde divisi; bracteae ad basin ramorum ut summum 4 lin. longae, involucelli foliola 1 1/4 lin. longa, lanceolata, glabra. Pili caulem et fructus obtegentes glandula nigra, globosa terminati in partibus foliaceis omnino deficiunt.

381. Ambrina denudata Ph. A. villosa, foliis sessilibus, oblongo-linearibus, in petiolum attenuatis, acuminatis,

sinuato-serratis, subpinnatifidis; glomerulis florum confertis, per spicam compositam terminalem dispositis; ramis simplicibus, *aphyllis*.

In collibus prope *Arqueros* legit cl. Gay. Herb. chil. no. 1348. — Caulis, ut videtur, strictus, simplex; folia inferiora . . . ., superiora 15 lin. longa, circa 3 1/2 lin. lata, fere omnino ut in *A. chilensi*, sed profundius incisa, laciniis minus apertis; rami spicae simplices, vix ad basin foliolo uno alterove brevi instructis, dein omnino aphylli. Semina matura non suppetunt.

382. Anisomeria fruticosa Ph. A fruticosa, tripedalis; foliis oblongo-lanceolatis, breviter petiolatis; petiolis haud lignosis, persistentibus; floribus pedicellatis; bractea unica, subulata, calycem superante in medio pedicelli sita; calyce sexpartito, laciniis subaequalibus.

In collibus prope *Renca* haud procul ab urbe *Santiago* frutículi duo conspiciuntur. Folia 32 lin. longa, 10 lin. lata, utrinque acuminata, in petiolum 6—8 lin. longum attenuata, cujus limbus angustus, membranaceus, subreflexus, infra insertionem petioli continuatur, unde caulis subangulatus fit. Racemus 2 poll. longus, pedicellis 2 1/2 lin., deinde fructibus maturantibus 4 poll. longus fit, pedicellis 4-linearibus. Pedicelli et calyx exterius verruculis parvis, carnosis obtecti; stamina 20—24; carpella immatura 5 1/2 poll. longa, circa 7 in quovis flore.

383. Polygonum Berteroi Ph. P. herbaceum, erectum; foliis ellipticis, lanceolatis, nervosis; ochrearum brevium bifidarum laciniis lanceolatis; floribus axillaribus fasciculatis; achaeniis trigonis laevissimis.

„*P. aviculare caule erecto*, in pratis humidis et ad vias“ prope *Rancagua* legit cl. Bertero; in arenosis subalpinis

ad *Cauquenes* cl. Gay. — *P. aviculari* simillimum, sed folia magis carnosa, venae sub angulo acutiore e nervo mediano proficiscuntur et magis conspicuae, achaenia demum laevissima sunt.

384. **Bellota nitida** Ph. Arbor glaberrima; foliis oppositis, oblongo-ellipticis, supra luteo-viridibus, subtus glaucis, coriaceis, *reti nervorum parum prominente, parum denso*; pedicellis $2^1/_4$ lin. longis; perigonii extus *glaberrimi* laciniis oblongis.

In Andibus depart. *Linares* crescit. Orn. Germain. — Fructus immaturi ovati abrupte acuti, 9 lin. longi, $6^1/_2$—7 lin. crassi; cavitas pro semine globosa, apice fructus sc. ab epicarpio carnoso modo formato.

Bellota Miersii Rich. apud Gay. Bot. V. p. 298. t. 59. his notis distinguenda est: Arbor glaberrima; foliis oppositis, ovato-ellipticis, supra lacte viridibus, subtus pallidioribus, coriaceis, *reti nervorum denso*, utrinque valde prominente; pedicellis modo $^3/_4$ lin. longis; perigonii extus dense *puberuli* laciniis ovatis.

In montibus provinciarum Valparaiso, Aconcagua Santiago. — Male apud cl. Gay l. c. folia *membranacea* dicuntur; nervatio foliorum in icone non bona.

Icosandra Ph. n. gen. *Laurinearum.*

Flores hermaphroditi; perigonium decemfidum, subaequale, laciniis ovatis, obtusis, biseriatis. Stamina 20, quadriseriata; 15 exteriora fertilia, 5 interiora sterilia; seriei primae et secundae introrsa, tertiae extrorsa; filamenta brevissima, exappendiculata; antherae ovatae, dorso pilosae, bilocellatae, valvulis ab apice dehiscentes; stamina sterilia oblongo-filiformia, extus pilosa, intus glabra. Ovarium uniloculare, uniovulatum, tubo perigonii immersum; stigma capitatum.

Characteres generici cum illis *Boldu* Nees (cfr. Endlicher genera p. 317.) satis conveniunt, quod genus bene a cl. Richard nomine *Bellotae* salutatum est, cum *Boldu* Chilensium *Boldoa fragrans* s. *Ruizia fragrans* Pavonii sit, sed numerus laciniarum perigonii et staminum differt, neque glandulas istas binas ad basin staminum video, quae illi adscribuntur.

385. Icosandra rufescens Ph.

Prope *Tomé* in prov. Concepcion invenit orn. Germain. — Arbor elegans. Ramuli novelli puberuli, adulti glaberrimi; folia subopposita, vel per paria approximata, ovata, obtusa, 18 lin. longa, 11 lin. lata absque petiolo, qui 2—2½ lin. longus, valde coriacea, margine crasso, subrevoluto, pinnatinervia, nervis tenuioribus rete densissimum formantibus; novella puberula sunt, adulta glabra et in speciminibus siccis rufa. Flores paniculati; panicula folium bis vel ter aequat et foliata est; rami paniculae sub anthesi 4 lin. longi, pedicelli vix 1 lin. longi, bracteis parvis ovatis fulti; laciniae calycinae vix 1 lin. longae sunt.

386. Euphorbia Germaini Ph. En. annua, glabriuscula, radice simplici; caulibus pluribus procumbentibus; foliis parvis, petiolatis, orbicularibus, subretusis, enerviis; petiolo laminam aequante; floribus axillaribus, solitariis, ebracteatis; glandulis petalorum multifidis; ovario glabro.

In Andibus de la Compañia prov. *Santiago* legit orn. Germain. — Radix 4—6-pollicaris, simplicissima; caules 3—4, humifusi, vix 3 lin. longi, glabri, vel pilis brevibus albis, patentibus obsiti; petioli usque ad 4 lin. longi, lamina 4—5 lin. longa, totidem lata. Flores in axillis inter petiolum et ramulum novellum subsessiles; involucrum (s. calyx Linnaei) pilosum; glandulae ejus aurantiacae, extus filis bre-

vibus 4 — 5 albidis auctae. Florere inchoabat, ideoque fructus observare non licuit.

387. **Euphorbia pygmaea** Ph. E. annua, vix quadripollicaris, glaberrima; caule erecto, simplici, foliis, foliolisque involucri communis obcordatis, vel oblongo-obcordatis, integerrimis; floribus umbellatis; umbella trifida, dichotoma, parum ramosa; involucris partialibus orbicularibus, calyce communi purpureo glaberrimo; petalis purpureis transverse ovatis, parvis; capsulis erectis, brevissime pedicellatis, glaberrimis; seminibus laevissimis.

Ex Andibus depart. *Chillan* attulit orn. Germain. — Folia inferiora 2 lin. longa, totidem lata, sequentia usque ad involucrum sensim crescunt; foliola involucralia $3^1/_2$ lin. longa, $2^1/_2$ lin. lata; bracteae ad basin dichotomiarum $2^1/_2$ lin. longae, aeque latae; capsulae fere 1 lin. longae. Habitus fere ut *Euph. Peplus.*

388. **Euphorbia collina** Ph. Eu. perennis, multicaulis, glaberrima; foliis foliolisque involucri linearibus, acutis, integerrimis; umbella trifida, dichotoma; petalis semiluuatis obtusis; capsula trigona, laevissima, glaberrima; seminibus laevibus.

Ex Andibus depart. *Linares* retulit orn. Germain; prope *Saturno* in prov. Coquimbo invenerat cl. Gay. Herb. chil. no. 1774. — Planta 8 poll. alta; folia fere 2 poll. longa, $2 — 2^1/_2$ lin. lata; capsulae 2 lin. altae, calyce valde manifesto, tripartito, laciniis linearibus fere 1 lin. longis fultae. Etiam in *Eu. copiapina* calyx verus sub capsula distinctus, male igitur in opere cl. Gay Bot. V. p. 333. in characteribus genericis flores foeminei perigonio destituti dicuntur.

389. **Euphorbia andina** Ph. Eu. rhizomate suffruticoso, multicipite; caulibus pluribus, erectis, 4 — 6-pollicari-

bus, cum foliis tomentosis; foliis inferioribus squmaeformibus, superioribus oblongo-lanceolatis, obtusis, integerrimis; ramis dichotomis; floribus in dichotomia solitariis, cum pedicello glaberrimis; petalis transversis, vix lunatis, utrinque obtusis, viridibus; capsulis . . . .

In Andibus prov. *Linares* plantas duas invenit orn. Germain, quae Januario vix florere inceperant, ita ut ovaria nondum ex involucro communi exserta essent. — Folia 8 lin. longa, $2^1/_4$ lin. lata, et utrinque attenuata sunt.

390. Chiropetalum ovatum Ph. Ch. subglabrum; foliis ovatis, cordatis, triplinerviis, longe acuminatis, uno alterove dente serratis; racemis folio brevioribus.

Prope *Quillota* crescit, v. specim. ab orn. Germain lecta. — Rami pedales et ultra, graciles, virgati; folia 3 poll. longa, 2 lin. lata; racemi vix bipollicares; pedicelli capsulae $1^1/_2$ — 2 lin. longae; laciniae petalorum quinque, laterales fere horizontaliter patentes, ut in *Ch. canescente* mihi ex deserto Atacamensi, sed unguis brevior. Foliis magnis, racemis folio brevioribus a *Ch. lanceolato* primo adspectu distinguitur.

391. Fagus procera Poepp.

Specimina fructifera tum ex montibus prope *Aculco*, ubi arbor *Roble* audit, quod nomen in prov. Valdivia *F. obliquae* tribuitur, tum ex Andibus dep. *Linares*, ubi *Roble negro*, vocatur suppetunt. Limites australes in prov. Valdivia esse videntur ubi arbor rara: in praedio meo S. Juan dicto arbor conspicitur cujus truncus circumferentiam 22 pedum habet*). — Folia speciminum prope Aculco lectorum 2 poll. longa, usque

---

*) Reuli vocatur, sed cum florentem et fructiferum non vidi forte alia species est.

ad 18 lin. lata, obtusa, nervis lateralibus 7 — 9 utrinque munita. Crenae magnae, in quarum medio nervi laterales terminantur, vix conspicuae.

Pedicelli amentorum masculorum 4 lin. longi; involucrum monophyllum; antherae fere $1\,^1/_4$ lin. longae, filamento suo capillari paullo longiores. Cupulae 3 lin. longae, valvulae ejus squamis linearibus, pubescentibus, margine fimbriatis obsitae; hae fimbriae glandula luteo-viridi terminantur. Nuculae more solito tres, media compressa, laterales triquetrae, omnes alatae, apice emarginatae, majores quam in aliis speciebus chilensibus; intermedia, etsi nondum perfecte matura, $2\,^3/_4$ lin. longa, $2\,^1/_4$ lin. lata, cum aliis vero $4\,^1/_2$ lin. longa, $3\,^1/_4$ lin. lata. — Specimen prope *Linares* lectum foliorum forma primo adspectu satis differt, etenim crenae magnae rotundae marginis valde conspicuae sunt. — Cortex trunci glaber.

392. Fagus glauca Ph. F. ramulis novellis villosis; foliis ovatis, basi cordatis, glaucis, praesertim subtus, exquisite reticulatis; margine grosse crenatis, crenis 5 — 8, iterum profunde 2 — 3-crenatis.

In Andibus depart. *Linares* legit orn. Germain; incolis *Reuli*. Cortex trunci rugosissimus. Ramuli biennes cinerei, pubescentes; hornotini glauci vel pruinosi, dense hirsuti; petioli breves et nervus medianus foliorum pariter dense hirsuti, nervi laterales mox glaberrimi. Folia magna $3\,^1/_4$ poll. longa, $2\,^1/_4$ poll. lata. — Praeter corticem trunci, et colorem glaucum foliorum facillime a praecedente distinguitur: pubescentia majore; foliis ad insertionem petioli cordatis; crenis majoribus, non denticulatis sed inciso-crenatis, reticulo nervulorum denso, multo magis conspicuo. — Flores fructusve non vidi.

393. Fagus nervosa Ph. F. ramulis puberulis, fuscis, albido-punctatis; foliis breviter petiolatis, ovato-lanceolatis,

acuminatis, argute serrulatis, subtus puberulis, pallidis; nervis utrinque 15—18.

In Andibus depart. *Linares* legit orn. Germain. — Folia majora 4 poll. longa, $1^2/_3$ poll. lata, petiolo 3 lin. longo insidentia; in quovis interstitio inter nervos duos laterales margo denticulos 3—4 ostendit. — Species inter chilenses facillime foliis magnis, acutis, et numero magno venarum lateralium distinguitur. — Flores fructusve non suppetunt.

394. Fagus nitida Ph. F. ramulis cinereis, novellis pilis brevibus aureis, appressis superne dense vestitis; foliis brevissime petiolatis, plerisque ovato-lanceolatis, coriaceis, nitidissimis, serratis demum utrinque albidis, glaberrimis, junioribus in petiolo et nervo mediano aureo-puberulis; involucris florum ♀ sessilibus, junioribus squamas scariosas gerentibus, nuculas *quinque*, obtuse trigonas, pubescentes includentibus; floribus masculis . . . .; fructibus maturis . . . .

„Excepto *Cipres* (*Libocedro tetragona* Endl.) sylvas insularum *Huaitecas* et *Chonos* fere exclusive constituit; ab incolis et *Coihue* et *Roble* vocatur.“ Sic cl. Dr. Fr. Fonk, qui specimina communicavit. — Folia majora 14 lin. longa, 9 lin. lata; petiolus $2^1/_2$ lin. longus. — Foliis eximie coriaceis cum *F. Dombeyi*, *alpina* et *betuloide* convenit; a *F. Dombeyi* foliis nitidissimis, dentibus majoribus, obtusisque marginis, nervis haud prominentibus, colore foliorum etc. facillime distinguitur, etiam si involucra 5-sperma omittimus; ab *alpina* foliis glabris haud glutinosis, a *betuloide* foliis biennibus albidis, forma ovata foliorum, involucris pentaspermis etc. discrepat. Utrum *F. dubia* et *F. Forsteri* cum hac conveniant nec ne, decidant illi, quibus descriptiones ingenuae istarum specierum in promptu sunt.

395. Fagus Montagnei Hombr. et Jacq. Voy. pol. du Sud t. 8. fig. II. species bona, nec cum *F. antarctica* confundenda mihi videtur. Sic eam distinguo: F. ramis vetustioribus cinereis, junioribus purpureis, novellis uno latere pilis brevibus, aureis vestitis; foliis breviter petiolatis, ovatis, obtusis, basi truncatis, coriaceis, nitidis, subtus pallidis, egregie reticulatis, margine sublobatis, lobis 4—5 crenatis; nervis lateralibus utrinque 3—4; involucris subsessilibus, 4-fidis; lobis oblongis, vix appendiculatis; nuculis alatis; tribus in quovis involucro, haud ciliatis.

Ad *Puerto Nevado* archipelagi *Chonos* dicti invenit orn. Dr. Fr. Fonk. — Petioli 1 ½ — 2 lin.; lamina 7 lin. longa, 6 lin. lata; involucra 2½ lin. longa. — Differt a *F. antarctica* foliis minoribus, lucidis, egregie reticulatis, nucibus haud ciliatis, *a pumilione* foliis glaberrimis, spatio inter nervos duos laterales comprehenso 4 — 5-dentato nec bifido etc.

396. Sagittaria andina Ph. S. petiolis plerumque lamina destitutis, linearibus, foliaceis; lamina, ubi adest, margine laevi, oblonga, seu oblonga, basi hastata, lobis minutis.

In Andibus *de la Compañia* dictis prov. Santiago. — Tota planta omnibus partibus tertia parte minor quam *S. chilensis*, saepe modo tripollicaris; in floribus caeterum haud diversa, an mera varietas?

397. Lemna oblonga Ph. L. arhiza; frondiculis binis, oblongis, inaequalibus, utrinque planis.

In stagno quodam urbis ipsius Santiago inveni. Specimina numerosissima cum examinavi, mense Majo floribus fructibusve carebant. Frondes rarissime tres unitae, fere semper duae, lineam continuam, rarius angulum obtusissimum formantes; major 1 ⅔ lin. longa, ⅔ lin. lata. Vasis spiralibus omnino carent. In eodem stagno *Lemna minima* Humb.?

obvia erat, froudibus vix unquam ultra $^2/_3$ lin. longis a *L. minore* distincta.

398. Habenaria Germaini Ph. H. caule foliato, vix pedali, foliis peracutis; bracteis ovato-lanceolatis, acuminatis, germen superantibus; spica densa, c. 12-flora; sepalis lateralibus deflexis; petalis bipartitis, erectis, laciniis filiformibus, superiore vix latiore, breviore; labello tripartito laciniis filiformibus.

In prato quodam humido prope *Quillota* invenit orn. Germain. — Radix verticillo fibrarum et tuberculo oblongo, vix 4 lin. longo constat. Caulis 9—12 poll. altus, folia circa 8, inferiora 3—4 poll. longa, 5—6 lin. lata. Flores virides; sepalum superius cucullatum, 4 lin. longum, ovatum, lateralia paullo angustiora. An var. *Platantherae foliosae* Brongn. Voyage Coquille Bot. 2. p. 195. t. 30. f. B.? quae tamen bracteis longe angustioribus, spica laxa, laciniis petalorum haud falcatis, superiore haud filiformi sed ovato-lanceolato differt. Prope Callao et Talcahuano habitat, a Gayo omissa est.

399. Chloraea suaveolens Ph. Chl. caule pedali, usque ad flores vaginis foliaceis vestito; spica circa 12-flora; sepalis viridibus, reflexis, supremo oblongo-lanceolato, acuto, lateralibus oblongo-linearibus, obtusiusculis, apice incrassatis; petalis subaequalibus, ovatis, acutis, apice reflexis, albis, seriebus circa 8 verrucarum viridium s. venis interruptis notatis; labello rhomboideo, valde carnoso, basi articulato; lamellis 5—7, tribus medianis fere obsoletis 1—2 lateralibus utrinque in processus falciformes terminatis, medium labelli haud attingentibus; apice triangulari, margine crenulato, incrassato, viridi; gynostemio elongato.

Prope *Rancagua* Bertero; prope Santiago (in praedio *Macul*) ipse legi et ad vivum depinxi. — Olor florum naphae. Folia radicalia obovato-oblonga, 4—5 poll. longa, pollicem

lata; sepala 9 lin.; labellum 6 lin. longum; bracteae virides acutae, germen subaequant.

400. **Chloraea calopogon** Ph. Chl. caule pedali, vaginato; foliis . . . .; floribus paucis, magnis; bracteis ovato-lanceolatis, flore brevioribus; sepalis oblongo-linearibus, trinerviis, superiore pollicem longo, 3 lin. lato, lateralibus vix longioribus, apice incrassatis; petalis paullo brevioribus trinerviis, oblongis, subspathulatis, acutiusculis; labello unguiculato, orbiculari trilobo, 10 lin. longo; lobo intermedio grosse dentato, fere dimidiam partem labelli occupante; lobis lateralibus margine tenuiter fimbriato-ciliatis; fere tota superficie appendicibus filiformibus, in lobo intermedio longioribus, albidis, 2 lin. longis tecta; gynostemio elongato.

In herb. Chil. absque indicatione loci servatur. — Differt a *Chl. barbata*, quam ex descriptione modo cognosco, labello trilobo, et petalis undis, minime papillosis. Color floris virens fuisse videtur.

Plantarum novarum Chilensium

Centuria quinta.

Auctore

Rudolfo Amando Philippi,

hist. nat. in Universitate chilensi professore etc.

---

401. Chloraea homopetala Ph. Chl. caule pedali, usque ad spicam vaginato; foliis radicalibus, 6 lin. latis, elongatis; spica 6—8-flora, subumbellata; bracteis lanceolatis, acutis, ovarium vix superantibus; sepalis tribus aequalibus, lanceolatis, trinerviis, parum reticulatis, 13 lin. longis, superiora 3, lateralibus $2^1/_2$ lin. latis; petalis tribus erectis, aequalibus, lanceolatis, 11 lin. longis, 3 lin. latis; labello unice venarum lateralium ramis ad marginem decurrentibus paullo frequentioribus distincto.

Santa Barbara Gay herb. chil. no. 471. Andes depart. *Chillan* Germain. — Species labello cum petalis conformi distinctissima. Color floris ferrugineo-croceus. Specimina prope Chillan lecta nervos laterales paullo magis conspicuos ostendunt, quam specimen Gayanum.

402. Chloraea aurea Ph. Chl. caule bipedali, nudo, vaginato; foliis radicalibus, oblongo-linearibus, 10 lin. latis; spica circa 15-flora, laxa; floribus luteis; bracteis scariosis

rufescentibus, flore brevioribus; sepalis 13 lin. longis, trinerviis, lateralibus incrassatis, vel non incrassatis; petalis obovato-oblongis, obtusiusculis, nervis baseos et marginis papillosis; labello unguiculato, suborbiculari, parum profunde trilobo, lobo medio semiorbiculari, grosse dentato, lateralibus margine laterali integerrimis; appendicibus elongatis, falcatis centrum et lobum medium obtegentibus.

In Andibus prov. *Santiago*, de la Compañia dictis habitat. — Labellum 9 1/2 lin. longum, 8 lin. latum.

403. **Chloraea fimbriata** Ph. Chl. caule bipedali, nudo, vaginato; foliis radicalibus brevibus; spica laxa, sub-12-flora; floribus albis, viridi-reticulatis, sat magnis; bracteis acutissimis, ovarium superantibus; sepalis linearibus 14 lin. longis, trinerviis, superiore peracuto, lateralibus apice obtusis, viridibus, incrassatis, in venis et margine papillatis; petalis 11 lin. longis, subfalcatis acutis, latitudine sepala vix superantibus, basi in venis papillosis; labello reflexo, unguiculato, subrhombeo, obsolete trilobo, 10—11 lin. longo, 6 1/2 lin. lato, omnino setis falcatis, 2 lin. longis tecto, lobis lateralibus modo nudiusculis; margine anteriore laciniato-fimbriato; apice acuto, inciso-crenato.

In provincia *Valdivia* crescit. — Species sepalis lateralibus apice papillosis et margine anteriore fimbriatis insignis. — An *Chl. barbata*, nimis breviter descripta? an lapsu calami huic *petala* margine et venis papillosa attribuuntur?

404. **Chloraea obovata** Ph. Chl. caule 2—3-pedali, usque ad medium foliato, deinde vaginato; foliis inferioribus 6—8 poll. longis; spica laxa sub-10-flora; bracteis lanceolatis, acutis, ovarium superantibus; sepalis 11 lin. longis, quinquenerviis, superiore 3 lin. lato, superius latiore (fere

obverse lanceolato), lateralibus angustioribus versus apicem obtusum, crassum, viridem, sensim attenuatis; petalis 10 lin. longis, 3 latis, ellipticis, venis lateralibus versus marginem inferiorem confertis, incrassatis; labello 8 lin. longo, 5 lin. lato, obovato, seu fere spathulato, margine superiore dentato; vena mediana nuda, lateralibus duabus utrinque lamellis brevibus apice subfalcatis terminatis.

Locum ignoro, forte e provincia Valdivia missa est. — Differt a *Chl. lamellata* labello obovato, neque oblongo, juxta marginem haud verrucoso, lamellis paribus. Colorem e specimine sicco determinare non ausim.

405. **Chloraea chrysochlora** Ph. Chl. caule bipedali, basi foliato, fere usque ad flores vaginato; foliis 6 poll. longis, 1 poll. latis; spica 10—12-flora, satis densa, floribus luteis; bracteis acutis, ovaria superantibus; sepalo superiore 7 lin. longo, $2^1/_2$ lin. lato, lanceolato, acuto, trinervi; lateralibus 9 lin. longis, 2 lin. latis, fere a medio viridibus et subincrassatis; petalis $5^1/_2$ lin. longis, $2^1/_2$ lin. latis, ovato-lanceolatis, quinquenerviis; labello ovato-orbiculari, 5 lin. longo, $3^1/_2$ lin. lato, ungui abrupto, $^1/_2$ lin. longo insidente, subintegerrimo, margine laterali crispulo; centro lamellis obtusis, margine viridibus, divisis obsito, versus marginem striolis viridibus vix incrassatis picto.

In prov. Valdivia legi.

406. **Chloraea papillosa** Ph. Chl. caule elato, robusto, basi 5 lin. crasso, usque ad medium dense foliato, deinde vaginis foliaceis tecto; foliis 8 poll. longis, 5 poll. latis; spica elongata multiflora; floribus albis viridi-venosis; bracteis acutissimis, ovarium superantibus; sepalo superiore ovato-lanceolato, fere cucullato, egregie reticulato, 9 lin. longo, 4 lin. lato; lateralibus rectis, $8^1/_2$ lin. longis, $1^1/_2$ lin. latis, linea-

ribus, haud incrassatis; petalis falcatis, 8 lin. longis, reticulatis, apice uninerviis; labello integerrimo, cuneato-oblongo, 8 lin. longo, 4 lin. lato, basi lamellis undulatis obtusis hinc inde diviso, caeterum vero undique papillis tecto, viridi.

In prov. *Valdivia* ipse legi, in Andibus dep. *Chillan* orn. Germain. — An *Chl. cylindrostachya* Poepp.? sed in nostra sepala inferiora minime spiralia, et labellum nullibi setosum.

407. **Chloraea reflexa** Ph. Chl. caule bipedali, crasso, basi foliato, deinde usque ad spicam vaginato; foliis 6 — 7 poll. longis, 14 lin. latis; floribus circa 10, luteis, distantibus; bracteis viridibus, ovarium aequantibus; sepalis reflexis, lanceolatis, 5 1/2 lin. longis, 2 lin. latis, viridibus; petalis patentibus, imo subreflexis, obliquis, ovatis, peracutis, 4 1/2 lin. longis, nervis viridi-verrucosis in parte inferiore; labello basi geniculato, deflexo, in unguem angustato, rhombeo, acuto, apice viridi, basi lamelloso et papillis viridibus tecto, 4 lin. longo, 2 1/4 lin. lato; gynostemio porrecto, 3 lin. longo. — In var. *latifolia* sepala 2 1/2 lin. lata, labellum obtusum, apice per majorem extensionem viridi et incrassato, margine subcristato distinctum.

In Andibus depart. *Chillan* invenit orn. Germain.

408. **Chloraea crocata** Ph. Chl. caule 1 1/2-pedali, satis crasso, basi foliato, usque ad spicam vaginato; foliis inferioribus 3 1/2 poll. longis, pollicem altis, in petiolum attenuatis; spica 6 — 12-flora, floribus luteis; bracteis acutis, ovarium superantibus; sepalis 12 lin. longis, linearibus, superiore 2 1/4 lin. lato, lateralibus vix angustioribus, apice incrassatis et viridibus; petalis 10 lin. longis, 3 lin. latis; labello unguiculato, ambitu ovato, trilobo; lobo intermedio producto, ovato-lanceolato, acuto; lateralibus obtusis; appen-

dicibus falcatis, dorso viridibus, partem medianam labelli occupantibus; gynostemio 6 lin. longo, apice acutissimo.

In Andibus depart. *Linares* legit orn. Germain. — Differt a *Chl. Pavonii* labello appendicibus falcatis, neque glandulis clavatis obtecto, lobo intermedio ejus integerrimo neque crispo; a *Chl. densa* labello basi ovato neque cuneato etc.

409. **Chloraea chlorosticta** Ph. Chl. caule basi foliato, 2 1/2 ped. alto, crass. pennae anserinae; foliis 5 poll. longis, 5 lin. latis; vaginis arcte appressis; floribus laxis, 6 ad 7, virentibus; bracteis ovato-lanceolatis, ovario subbrevioribus; sepalo superiore lineari-lanceolato, 11 — 12 lin. longo, 2 1/3 lin. lato, viridi, demum rufescente, trinervi, nervis fere obsoletis, haud ramosis; lateralibus apice incrassatis, viridibus, obtusis, subserratis; petalis lanceolatis, 9 1/2 lin. longis, 2 1/2 lin. latis, margine laterali crenulato-ciliatis, disco viridi-punctatis; labello aequilongo et aequilato, trilobo, lobo terminali lato, acuto, profunde laciniato-dentato, lobis lateralibus margine crenulatis; lamellis et deinde appendicibus falcatis, dorso viridibus, partem medianam labelli a basi ad apicem usque occupantibus; appendicibus brevibus, viridibus, lobos laterales omnino tegentibus; gynostemio 6 1/2 lin. longo.

In Andibus depart. *Linares*, attulit orn. Germain.

410. **Chloraea secunda** Ph. Chl. caule pedali, basi foliato, superius vaginato; foliis basi confertis, brevibus, lamina modo 21 lin. longa, 10 lin. lata; spica laxa, sexflora, secunda; floribus albis; bracteis ovato-lanceolatis; sepalis rufescentibus, scariosis, reflexis, 8 lin. longis, 2 1/2 lin. latis, peracutis; apice lateralium incrassato, viridi; petalis erectis, ovato-oblongis, obliquis, 6 1/2 lin. longis, 3 lin. latis, acutis, albis, punctis viridibus, callosis adspersis, venis longitudinalibus 8; labello reflexo; unguiculato, albo, ambitu orbiculari;

4 1/2 lin. longo, totidem lato, obscure trilobo, lobis lateralibus, sc. modo angulo prominente indicatis integerrimisque, mediano forma trianguli truncati, margine dentibus callosis viridibus, et apice macula callosa viridi notato; lamella elevata, utrinque abbreviata in nervo secundo utrinque (a mediano computato).

Habitat in Andibus depart. *Linares*.

411. **Chloraea verrucosa** Ph. Chl. caule 1 1/2 pedem alto, ultra medium foliato, vaginis superioribus reticulatis; foliis inferioribus 5 1/2 poll. longis, 9 lin. latis; spica pauciflora; floribus pallide virentibus, bracteis ovario longioribus, valde venosis; sepalis 14 lin. longis, 5 — 7-nerviis, valde reticulatis; superiore lanceolato, longe acuminato; lateralibus subfalcatis, a medio inde viridibus; petalis ovato-lanceolatis, 5-nerviis, reticulatis, 11 lin. longis, 4 1/2 lin. latis; labello erecto, 10 lin. longo, 4 lin. lato, ovato-oblongo, acutiusculo, medio aliquantulum contracto (sed vix panduriformi), basi venis lamellosis, deinde usque ad apicem verrucis tecto.

In Andibus depart. *Chillan* habitat. Orn. Germain. — Differt a *Chl. nudilabia*, cui ex descriptione labellum similis formae, labello cristato et verrucoso, sepalis lateralibus apice incrassatis nec tenuibus etc. Ovarium obconicum, apice haud incurvum.

412. **Chloraea Pavonii** Lindl.? Chl. caule pedem alto, fere usque ad apicem foliato; foliis inferioribus 5 poll. longis, 11 lin. latis, superioribus subscariosis, reticulatis, peracutis; spica circa 7-flora; floribus albo-viridibus, reticulatis; bracteis lanceolatis, peracutis, scariosis, reticulatis, inferioribus totum florem aequantibus; ovario apice incrassato, haud incurvo; sepalo superiore exacte lanceolato, 8 1/2 lin. longo, lateralibus subfalcatis, a medio inde incrassatis, viridibus, 7

lin. longis; petalis ovato-oblongis, 6 lin. longis, 3 lin. latis; labello unguiculato, ovato-oblongo, 5 1/2 lin. longo, 3 1/4 lin. lato, obsolete trilobo (s. potius utrinque angulato), omnino glandulis clavatis tecto; apice producto, saepe incrassato viridique.

In Andibus depart. *Chillan* invenit orn. Germain. — An revera *Chl. Pavonii?* cui labellum trilobum, lobis lateralibus rotundatis adscribitur; de reliquis notis altum silentium?

413. Chloraea collina Ph. Chl. caule 9 — 12 poll. alto, basi foliato; foliis 3 poll. longis, 7 lin. latis, superioribus vaginantibus, subscariosis, peracutis, reticulatis; spica 4 poll. longa, 15 — 25-flora; floribus albis; bracteis lanceolatis, peracutis, ovarium superantibus; sepalis lineari-lanceolatis, trinerviis, nervis viridibus, haud reticulatis; intermedio 8 lin. longo, 1 1/2 lato; lateralibus 7 lin. longis, subfalcatis, apice atro-viridibus incrassatis (sed non teretibus); petalis lanceolatis, 7 lin. longis, vix 2 lin. latis, 4-nerviis; labello 6 lin. longo, 3 lin. lato, subtrilobo, lobis lateralibus rotundatis brevibus, intermedio dimidium labelli occupante, oblongo; venis omnibus processibus setiformibus obtectis; gynostemio fere 5 lin. longo.

Prope *Valparaiso* legit orn. Germain. — Differre videtur a *Chl. campestri* Poepp. caule humili, foliis longioribus angustioribus, sepalis lateralibus apice planis, labello subtrilobo.

414. Chloraea gymnoglossa Ph. Chl. caule 7 — 8-pollicari, usque ad spicam foliis strictis vaginato, bi- seu trifloro; floribus albidis; bracteis scariosis, flore brevioribus; sepalis aequalibus, 8 lin. longis, lanceolatis, apice lateralium paullo incrassato, obtusiusculo; petalis aequalibus, 6 1/2 lin. longis, ovatis, membranosis, exquisite reticulatis; labello a reliquis petalis non distincto; gynostemio 4 1/2 lin. longo.

In archipelago *Chonos* dicto invenit orn. Dr. Fr. Fonk. — Folia basalia 6 lin. lata, $4^1/_2$ poll. longa. Species labello a reliquis petalis haud differente, ut in *Chl. homopetala*, insignis.

415. Chloraea Fonki Ph. Chl. caule 7 — 8-pollicari, usque ad apicem vaginato, trifloro; vaginis supremis membranaceis; bracteis scariosis, ovato-lanceolatis, flore subbrevioribus; sepalo superiore lanceolato-lineari, lateralibus paullo longioribus, apice incrassatis, 7 lin. longis; petalis $5^1/_2$ lin. longis, ovatis; labello $5^1/_2$ lin. longo, $2^1/_4$ lin. lato, trilobo, lobis lateralibus rotundatis, intermedio dimidium labelli formante; glandulis stipitatis labellum tegentibus; gynostemio petala aequante.

Cum priore, cui simillima praeter characteres floris, legit orn. Fonk.

416. Asarca chrysostachya Ph. A. caule $1^1/_2$-pedali, usque ad medium foliato, crasso, deinde usque ad flores vaginato; spica circa 30-flora, floribus luteis; bracteis acutissimis, ovaria superantibus; sepalo superiore 6 lin. longo, oblongo-lineari, abrupte acuminato, lateralibus paullo longioribus et in apicem cylindricum, crassum, partem foliaceum fere aequantem terminatis; petalis 5 lin. longis, $2^1/_2$ lin. latis, venis eorum in basi et centro papillosis; labello 4 lin. longo, $5^1/_2$ lin. lato, trilobo; lobis lateralibus sat divaricatis, subquadratis, venas 5 carnosas versus marginem evanescentes gerentibus; lobo intermedio longitudine laterales aequante sed augustiore, apice rotundato, verrucis confluentibus incrassato; parte centrali labelli verrucis liberis dense obtecta.

In praedio meo *S. Juan* rara est.

417. Asarca spectabilis Ph. A. caule bipedali, crasso, basi foliato, foliis radicalibus usque ad 9 poll. longis, $1^1/_2$

poll. latis; vaginis reticulatis; floribus 10—12, albis; bracteis ovato-lanceolatis, ovarium superantibus; ovario stipitato, apice incurvo; laciniis perigonii reflexis; sepalo superiore lanceolato, 5 1/2 lin. longo, 1 2/3 lin. lato, trinervi, ramis nervorum lateralibus distinctis; lateralibus in apicem teretem, crassum, viridem 2 1/2 lin. longum terminatis et cum illo 7 lin. longis; petalis 4 1/2 lin. longis, 2 1/2 lin. latis, ellipticis, acutiusculis, quadrinerviis, nervis tribus centralibus valde approximatis; labello croceo, basi ovato, trilobo, lobis lateralibus brevibus, linea communi truncatis, cristis binis margineque incrassato viridibus ornatis; lobo mediano productiore, angusto, apice obtuso, incrassato, viridi, papillisque viridibus e margine prosilientibus ornato; parte basilari centri cristis duabus obtusis, verrucisque uniseriatis lineam medianam occupantibus onusta; gynostemio 2 lin. longo, infundibuliformi, rostello brevi.

In Andibus depart. *Chillan* et *Linares* invenit orn. Germain. — Differt ab *acutiflora* colore albo, lobis lateralibus labelli haud nudis, sed bicristatis; a *leucantha* eadem nota lobornm lateralium labelli (color labelli hujus speciei non indicatur).

418. **Asarca araucana** Ph. A caule fere bipedali, crasso. usque ad medium foliato; foliis 8 poll. longis, 1 1/2 poll. latis; vaginis arcte appressis; spica 12—20-flora, floribus albis? bracteis acutis, ovarium aequantibus; sepalo superiore oblongo-lineari, 4 1/2 lin. longo, 1 1/2 lin. lato, plano, acuto; lateralibus basi ovatis, 3 1/2 lin. longis, 2 lin. latis, 5-nervibus, deinde in appendicem filiformem, 3 1/2 lin. longum terminatis; petalis 3 1/2 lin. longis, 1 1/2 lin. latis, ovato-oblongis, quadrinervibus, nervis basecs obscuris, incrassatis; labello 3 lin. o ngo, fere totidem lato, trilobo, lobis lateralibus ovatis, reflexis, venas incrassatas, obscuras gerentibus; lobo mediano

elongato-triangulari, apice producto, obtuso, in centro appendicibus clavatis dense obtecto; gynostemio 1 1/2 lin. longo, obtuso.

Habitat in ditione Araucanorum.

419. **Asarca sulphurea** Ph. A. caule bipedali, crasso, basi foliato, foliis erectis, 7—8 poll. longis, 15 lin. latis, acutis; vaginis seu foliis superioribus viridibus, reticulatis; spica 20—25-flora, floribus pallide flavis; bracteis ovarium apice incurvum superantibus; sepalo superiore 6 lin. longo, 2 1/4 lin. lato, 5-nervi, lateralibus 8 lin. longis, basi ovatis, quinquenervibus, dein in apicem crassum, cylindricum, rufo-ferrugineum terminatis; petalis ovato-oblongis, vix 5 lin. longis, 2 1/3 lin. latis, 5-nervibus, nervis basi calloso-incrassatis, ramis marginalibus eorum valde conspicuis; labello 4 1/2 lin. lato, modo 2 2/3 lin. longo, profunde trilobo, luteo; lobo-rum lateralium, rotundatorum venis incrassatis, carnosis; lobo intermedio venis divisis seu verrucis magis minusve dense obtecto.

Ex Andibus depart. *Chillan* attulit orn. Germain. — An *A. acutiflora* Poepp.? sed petala non „oblongo-falcata", lobus intermedius labelli non „linearis." In *A. acutiflora* venae crassae in lobis lateralibus labelli non indicantur.

Rhodostachys Ph. nov. genus *Bromeliacearum*.

Char. gen. Perigonii superi hexaphylli foliola tria aequalia, marcescentia; interiora majora, inter se aequalia; stamina sex libera, ima basi perigonii inserta; filamenta corollam superantia; antherae oblongae, dorso infra medium affixae; stylus stamina aequans, stigmatibus tribus filiformibus terminatus; ovarium inferum, triquetrum, triloculare, ovulis numerosis placentis centralibus impositis; fructus. —

Genus differt a *Bromelia* filamentis longis, liberis, stylo

longo, stigmatibus longis; ab *Ochagavia* perigonio hexaphyllo, nec monophyllo, stigmatibus tribus filiformibus.

420. Rhodostachys andina Ph.

An Andibus depart. *Linares* invenit orn. Germain. — Planta humilis, subacaulis. Folia linearia, vix pedem longa, pollicem lata, margine aculeata, glabra; pedunculi centrales, usque ad flores 2 — 3 poll. longi; spica subglobosa; bracteae scariosae, flores subaequantes, margine spinoso-ciliatae; flores rosei; ovarium 9 lin. longum; foliola calycina 8 lin. longa, lanceolata, valde acuminata, nervis 9, in siccis valde prominentibus; petala 11 — 12 lin. longa, lineari-lanceolata, valde acuminata, basin versus augustata; antherae $2^1/_2$ lin., stigmata 2 lin. longa.

421. Sisyrinchium Berteroanum Ph. S. caule tereti, simplici, scabro, nudo; foliis linearibus, subfistulosis, striatis; folio exteriore spathae elongato, fasciculum unicum florum gerente; spathis interioribus pedunculos subaequantibus; floribus *albis;* ovario pilis glandulosis vestito; columna filamentorum cylindrica; petalis obovatis obtusis?

Prope *Rancagua* legit cl. Bertero. — Radices fasciculatae, elongatae, satis tenues, ut in *S. junceo;* caulis pedalis; perigonium 6 lin. longum, basi fuscum; columna filamentorum fere 2 lin. longa. — An *S. leucanthum* Colla?

422. Sisyrinchium scabrum Ph. S. caule tereti, simplici, sulcato, scabro, nudo; foliis linearibus, subfistulosis, striatis, scabris; folio exteriore spathae elongato, aspero; spathis interioribus laevibus, pedunculos aequantibus; floribus *roseis;* ovario scabro; columna filamentorum cylindrica.

In Andibus prov. *Santiago* ad argentifodinam *las Arañas* legi. — Radices fasciculatae, filiformes; caulis pedalis, robustior quam in affinibus, pilis brevibus, patentibus, scaber-

rimus. Folia caulem subaequant; pedunculi $5^1/_2$ lin. longi; pedicelli 9—12 lin.; perigonium 6 lin., columna filamentorum fere 2 lin. longa. — Differt a *S. junceo* caule scaberrimo, crassiore, pedunculis brevioribus, columna filamentorum cylindrica.

423. Sisyrinchium floribundum Ph. S. caule tereti, striatulo, asperulo, simplici, nudo; foliis teretibus, subfistulosis, striatulis; spatha exteriori caulem continuante longissima; spathis interioribus margine late scariosis, numerosis, longe pedunculatis (pedunculo suo brevioribus); floribus *roseis;* columna filamentorum elongata, subinflata, antheras bis aequante; ovario glanduloso-piloso.

Cum priore occurrit. Caulis pedalis, foliis vix longior; spatha exterior 6 poll. et ultra longa, pedunculos 4—6 poll. longos includit; perigonium vix 5 lin. longum, stamina 4 lin. longa. — Differt a *S. scabro* caule longe minus sulcato, minus aspero, spatha longissima, pedunculis pluribus, longioribus, columna filamentorum elongata, inflata, ovario longum piloso; a *S. junceo* vero caule scabro, spatha communi longissima, pedunculis longe pluribus, longioribus, pedicellis brevioribus haud capillaribus, staminibus elongatis.

424. Sisyrinchium scirpeum Ph. S. caule robusto, tereti, striato, laevissimo, nudo; foliis teretibus, striatis, scapo brevioribus; spatha communi longissima caulem continuante; pedunculis subquaternis inaequalibus brevioribus, spathas particulares late-scariosas subaequantibus; pedicellis elongatis, ovario glanduloso-villoso; sepalis lanceolatis, longe acuminatis, exterioribus latioribus, 5-nerviis, *roseis*, interioribus angustioribus, trinerviis, albidis; columna staminum inflata, antheras aequante.

In Andibus dep. *Chillan* leg. orn. Germain. — Caulis fere bipedalis, $1^1/_2$ lin. crassus, folia vix ultra 1 lin. crassa;

spatha communis 7 poll. longa; pedunculi majores 15 lin. longi, spathae partiales 6 lin.; pedicelli 16 lin. longi, sepala 5 lin. longa. — Differt a prioribus caule laevi etc., a *S. junceo* caule multo robustiore, spatha communi multiflora, floribus majoribus, ovariis villosis etc. Sed nonne sub nomine *juncei* plures species commixtae! et nomen *S. juncei* omnino cancellandum?

425. Sisyrinchium roseum Ph. S. caule tereti, laevissimo, nudo, in spatham longam producto; foliis teretibus, striatis, scapo brevioribus; spathis late scariosis; pedicellis exsertis; ovario villoso, floribus *roseis*, sepalis exterioribus interioribusque 7-nerviis; columna staminifera medio inflata, glaberrima, vix dimidium sepali aequante.

Habitat in provincia *Santiago*. — Caulis pedalis, vix 1 lin. crassus, folia 1 lin. crassa; spatha universalis 1 ½ — 4 poll., pedunculi ut videtur semper spatha breviores, imo brevissimi sunt, pedicelli 6 lin., sepala 7 lin. longa. — Differt a *S. scirpeo* mihi sepalis omnibus 7-nerviis, longe minus acuminatis, a *junceo* eodem charactere, floribus longe majoribus.

426. Sisyrinchium gracile Ph. S. caule tereti, gracili, laevissimo, basi foliato; foliis tereti-filiformibus, caule brevioribus; spatha universali caulem continuante, inflorescentiam superante; fasciculis florum subduobus, altero sessili, altero elongato; spathis angustis; pedicellis capillaribus, exsertis; floribus *roseis*; laciniis perigonii 3 ½ lin. longis; ovario villoso, demum glabriusculo, columna staminifera elongata, inflata.

In prov. *Santiago* legi. — Caulis pedalis, vix ½ lin. crassus, folia ⅛ lin. lata. — Ab omnibus praecedentibus caule gracili, foliis filiformibus, floribus minoribus etc. statim dignoscitur; a *filifolio* Gaud. staminibus in columnam connatis.

427. Sisyrinchium depauperatum Ph. S. caule tereti, laevissimo, gracili, usque ad medium foliato; foliis tereti-filiformibus; spatha universali caulem continuante, elongata, fasciculum unicum, pauciflorum, sessilem includente; pedicellis capillaribus; ovario glabro; perigonio *roseo*, 4 lin. longo; staminibus fere omnino liberis.

In prov. *Valdivia* legi. — Caulis $1\frac{1}{2}$ — 2-pedalis, $\frac{1}{2}$ lin. crassus; folia $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{2}$ lin. crassa; spatha communis $3\frac{1}{2}$ poll., partialis 10 lin. longa. — Differt a priore, quocum caule gracili, foliis tenuibus et floribus minutis convenit, ovario glabro et staminibus fere omnino liberis. A *S. filifolio*, quod modo ex descriptione apud cl. Gay data cognosco, ovario glabro et perigonio roseo neque albo, purpureo-venoso differt.

428. Sisyrinchium Segethi Ph. S. rhizomate repente; caule tereti, laevissimo, simplici; foliis teretibus, subfistulosis, rigidis, scapum subaequantibus; spathis nervosis, margine scariosis, exteriore ovato-oblonga, interiores vix superante; fasciculis florum subsessilibus; perigonii *obscure violacei* tubo elongato; ovario elongato, subcylindrico, subsessili.

In Andibus prov. *Santiago* inveni; specimen flore destitutum a cl. Gay ad *Satoqui* lectum in herb. Chil. aderat. (no. 410.) — Caules 9 poll. alti, $\frac{3}{4}$ lin. crassi; spatha communis diphylla, 12 lin. longa; perigonium 6 lin. longum, tubo basi luteo; columna filamentorum cylindrica.

429. Sisyrinchium dasycarpum Ph. S. caule tereti, striato, subramoso, foliato; foliis linearibus, flaccidis, caulem aequantibus, caulinis elongatis; spathis ovato-lanceolatis, margine vix scariosis, pedunculos 6—8 aequantibus; ovario pilis flavis dense villoso; sepalis sublanceolatis, longe acuminatis, *luteis*; staminibus brevibus; columna filamentorum brevissima.

Prope *Tomé* legit orn. Germain. — Caulis pedalis; folia 1 1/2 lin. lata, supremum caulinum, ad originem pedunculorum situm, 4 poll. longum; pedunculi 2 1/2 — 3 poll.; spathae 11 lin. longae, 5 lin. latae; sepala 5 lin. longa. — Differt a *S. pedunculato, sessiliflore, arenario* foliis flaccidis elongatis, a *pedunculato* porro spathis margine haud membranaceis, ovario villosissimo; a *sessiliflore* et *arenario* inflorescentia haud spicata, ramis spatham modo unam alteramve gerentibus.

430. Sisyrinchium andinum Ph. S. caule humili, simplicissimo, basi vaginato, aphyllo, tereti; foliis radicalibus basi vaginantibus, deinde teretibus, scapo longioribus; fasciculis florum 3—4, capitatis, fastigiatis; bractea ovato-lanceolata, flores aequante; spathis ovato-lanceolatis, exterioribus modo basi scarioso-marginatis, flores subsuperantibus, interioribus fere omnino herbaceis, floribus *luteis*, subsessilibus, basi longe tubulosis; ovario glaberrimo, staminibus dimidium perigonium aequantibus; columna filamentorum cylindrica.

Ex Andibus dep. *Linares* attulit orn. Germain. — Radix fibrosa, folia 6—8 poll. longa, 1 lin. lata; vaginae ad basin scapi vel caulium sterilium 3—4, saepe 18 lin. longae, 3 1/2 lin. latae; scapi 4-pollicares; bractea 20 lin. longa, 5 lin. lata; spathae 14 lin.; perigonium 9 lin. longum, laciniis ovatis, obtusiusculis. — Corolla basi tubulosa cum *S. pedunculati* et *Segethi* convenit, species inflorescentia fastigiata distinctissima.

431. Sisyrinchium adenostemon Ph. S. caule glaberrimo, tereti vel compresso (sed non ancipite foliato) simplici seu ima basi ramoso, apice 1—2 fasciculos florum gerente, sub spathis dense pubescente; foliis lineari-ensiformibus,

caulem aequantibus; spathis ovato-lanceolatis, margine scariosis; pedicellis spathas vix superantibus; ovario villoso, perigonio *luteo*, rotato; laciniis obovato-oblongis, obtusis; staminibus dimidium perigonii aequantibus, omnino liberis; parte inferiore filamentorum dense glanduloso-pubescente; stigmatibus subsessilibus, stamina aequantibus.

In Andibus prov. *Santiago* reperitur. — Caulis 9—12 poll. altus, 1 lin. crassus; folia $1\frac{1}{2}$ lin. lata; spathae 9 lin.; sepala 4 lin. longa, venis nigro-violaceis. Ab *arenario*, cui similis, staminum fabrica longe abhorret.

432. Sisyrinchium uniflorum Gay. S. caule simplici, ancipite, margine scabro; foliis angnste linearibus, ensiformibus, margine spinuloso-ciliatis, caule brevioribus; spatha terminali, diphylla, pauciflora; pedunculo spatham subaequante; perigonii *caerulei* sexpartiti laciniis exterioribus 5-nerviis, oblongo-spathulatis, enspidatis, interioribus angustioribus trinerviis; staminibus brevissimis.

Prope *Tucapel* legit cl. Gay et sub nomine *uniflori* in herb. reliquit; prope *Quillota* orn. Germain. Differt a *S. chilensi* caule scabro, parum ramoso, sepalis haud retusis.

433. Libertia tricocca Ph. L. caule superius paniculato, laevigato, subnudo; foliis radicalibus distichis, ensiformibus, strictis, caulem subaequantibus; laciniis corollae exterioribus apice virescentibus, interioribus subrotundo-ovatis, vix $1\frac{1}{2}$ lin. longis; bracteis ad basin umbellarum minimis setaceis; capsulis fere tricoccis.

Prope *Tomé* legit orn. Germain, prope *Corral*, portum Valdiviae ipse. — Caulis pedalis, ad summum folia duo gerens; folia $1\frac{1}{2}$ lin. lata, omnino viridia, nec nervis albidis ut in *L. ixioide* munita; bracteae ad basin ramorum lanceolato-lineares, scariosae, fuscae; stamina 2 lin. longa, usque

ad medium monadelpha; capsulae parvae, modo 1 lin. longae, basi cordatae, loculis centro modo cohacrentibus. — A *L. ixioide* fructibus et bracteis facillime distinguitur.

434. **Dioscorea acutifolia** Ph. D. foliis lanceolatis, basi profunde cordatis, septemnerviis, lobis aliquantum divaricatis; floribus racemosis, solitariis vel subgeminis; pedicellis sepala aequantibus.

Prope *Daglipulli* in prov. Valdivia lecta est. — Folia 21 lin. longa, basi supra auriculas $3\frac{1}{2}$ lin. lata, lobis basalibus $7\frac{1}{2}$ lin. distantibus; petiolus 5 lin. longus; racemi 2—3 poll. longi, 14—20-flori; sepala obtusa 1 lin. longa. — Ad *D. saxatilem* propter folia elongata, cordata accedit, sed nostrae folia longe profundius cordata, lobi divaricati, flores pauciores, magis distantes, longius pedicellati sunt.

435. **Dioscorea litoralis** Ph. D. foliis reniformi-cordatis, acuminatis, septemnerviis; petiolo dimidiam laminam subsuperante; floribus masculis per paniculam spiciformem dispositis; floribus subternis, pedunculo 3 lin. longo insidentibus; perigonii campanulati laciniis oblongis, acutis.

In regione litorali prov. centralium habitat v. gr. ad *S. Antonio*. — Folia a sinu ad apicem 12 lin. longa, totidem lata; petioli 7 lin. longi; panicula $2\frac{1}{2}$ poll. longa, ramis circa 12 inde a basi ortis composita; sepala $1\frac{1}{2}$ lin. longa. — Species ab affinibus: foliis acuminatis, inflorescentia, perigonio campanulato, longe pedunculato etc. distincta.

436. **Dioscorea varifolia** Bert. D. foliis septemnerviis, reticulatis, mucronatis, basi cordatis, inferioribus valde elongatis, superioribus triangularibus; spicis masculis paucifloris; floribus distantibus, sessilibus, solitariis aut geminis; diametro perigonii $2\frac{1}{2}$ lin.

Prope *Rancagua* legit cl. Bertero et sub illo nomine in herb. Chil. reliquit. — Folia inferiora $3\frac{1}{4}$ poll. longa,

modo 1 1/4 poll. lata, petiolo 9 lin. longo insidentia, reliqua modo 11 longa, totidem lata, petiolo 9 lin., in foliis supremis modo 5 lin. longo fulta; spicae masculae 2 1/2 poll. longae, usque ad medium nudae; laciniae perigonii rotati obtusae. Flores foeminei masculis aequales. Fructus maturi non adsunt.

437. Zephyranthes purpurea Ph. Z. foliis fere 2 lin. latis; scapo brevi, unifloro; spatha diphylla; perigonio ringente, purpureo, cernuo; laciniis tribus superioribus subreflexis; staminibus majoribus styloque ter quartam perigonii partem aequantibus; stigmatibus 3 brevibus.

Prope *Tomé* Novembri florentem legit orn. Germain. — Scapus tripollicaris; spathae foliola aequalia, 18 lin. longa, angusta, erecta, marcescentia, purpurascentia; pedicellus 10 lin., ovarium 3 lin., perigonium 21 lin. longum, laciniae ejus 3 lin. latae; stigmata modo 3/4 lin. longa.

Rhodolirium Ph. nov. genus *Amaryllidearum.*

Perigonium superum, infundibuliforme, subringens, tubo angusto, elongato 1/8 — 1/4 laciniarum aequante, intus nudo; stamina sex, paullo infra fauces inserta, declinata; filamenta filiformia, parum inaequalia; antherae versatiles. Stylus elongatus, declinatus, staminibus paullo longior; stigma indivisum. Ovarium et fructus soliti. Planta bulbosa, scapigera.

Differt a *Zephyranthe*, *Pyrolirio*, *Habrantho*, *Chlidantho* stigmate indiviso, a *Rhodophiala* tubo elongato, a *Pentlandia* perigonio infundibuliformi, ab aliis generibus chilensibus faucibus nudis etc.

438. Rhodolirium montanum Ph. Rh. scapo 3 — 4-pollicari; spatha diphylla, uniflora; pedunculo brevi; tubo perigonii tertiam partem superante; staminibus 2/3, stylo 3/4 perigonii aequante.

In subandinis prov. Santiago, loco *Salto de agua* habitat. — Spathae folioła 16 lin. longa, aequalia, oblongo-linearia, marcescentia, purpurascentia; interdum foliolum tertium, setaceum adest; pedicellus 3—6 liu., ovarium 3 liu., tubus perigonii 9, laciniae 15 lin. longae; color purpureus.

439. Rhodolirium andinum Ph. Rh. scapo 1 $^1/_2$-pedali; spathae triphyllae, foliolis aequilongis, tertio angustiore; pedunculo brevi; perigonio magno, infundibuliformi, purpureo; tubo viridi, quartam longitudinis partem occupante; staminibus dimidium perigonium aequantibus, stylo parum longiore.

In Andibus depart. *S. Fernando* legit cl. Vinc. Bustillos. — Spathae 20 liu., pedunculus 8—9, ovarium 4 $^1/_2$ lin., perigonium 3 pollices longum.

440. Habranthus Berteroanus Ph. H. spatha multiflora; perigonio infundibuliformi, purpureo, immaculato; laciniis lineari-lanceolatis; antheris linearibus.

Prope *Rancagua* Januario florentem legit Bertero. — Folia . . .; scapus 9—12-pollicaris; spathae foliola duo majora 21 lin. longa, minora numerosa; flores circa 6; pedicelli valde inaequales, majores spatham aequantes; ovarium 3 $^1/_2$, perigonium 27 lin. longum, laciniis 4 $^1/_2$ lin. latis, sed flores, ut videtur perfecte explicati, adsunt, quibus perigonium vix 18 lin.; tubus perigonii vix $^1/_2$ lin. longus; annulus faucialis nullus, loco ejus squamula brevissima laciniata utrinque ad basin filamenti; filamenta c. 10 lin.; antherae 5 lin. longae.

441. Rhodophiala biflora Ph. Rh. scapo bifloro; spathae tetraphyllae foliolis duobus exterioribus aequalibus, purpurascentibus; pedunculis 6—12 lin. longis; perigonio 27 lin. longo, ut videtur apice roseo, basi pallidiore; sepalis spathulato-lanceolatis; staminibus saltem $^3/_4$ sepalorum aequantibus, stylo sepalis subaequali.

Prope *S. Jose* in prov. Valdivia legit cl. Gay. — Folia ut videtur plana, 2 lin. lata, spathae 16 lin. longae; sepala $4^1/_2$ lin. lata; stylus vix clavatus.

442. **Placea Germaini** Ph. Pl. umbella subquinqueflora; perigonii basi purpurei, apicem versus flavi, purpureo-punctati foliolis oblongis; stylo perigonium subaequante, staminibus dimidio brevioribus; corona hexaphylla dimidium filamentorum aequante.

In monte *Campana de Quillota* inveuit orn. Germain. — Folia non suppetunt; scapus $1^1/_2$-pedalis; spatha diphylla, foliola 15 lin. longa, 4 lin. lata, marcescentia, foliola c. 6 minora inclusa; pedunculi $1^1/_2$-pollicares; perigonii 16 lin. longi tubo $1^1/_2$-lineari, laciniis 4 lin. latis.

443. **Alstroemeria nubigena** Ph. A. caule basi squamato, superius foliato; foliis oblongo-linearibus, subspathulatis, quinquenerviis, glaucis, haud resupinatis; pedunculis subumbellatis, unifloris, ebracteatis, 4 ad 9; perigonii laciniis omnibus integerrimis; exterioribus roseis, apice viridibus; interioribus basi albidis, medio citrinis, apice roseis, parte citrina roseaque fusco-punctatis.

In Andibus elevatioribus prov. *Santiago* legit orn. Germain. — Caulis 4-pollicaris; folia conferta, 12 lin. longa, $2^2/_3$ lin. lata; pedunculi circa 8 lin., perigonium 10 lin. longum; stamina $^3/_4$ perigonii aequant; antherae cum stylo flavae.

444. **Alstroemeria inaequalis** Ph. A. foliis resupinatis, caulium sterilium oblongo-ellipticis, longe petiolatis, fertilium lato-lanceolatis, sessilibus confertis; umbella quinqueradiata, involucrata; radiis biflоris; sepalis inaequalibus, omnibus roseis, immaculatis?, calloso-acuminatis, serrulatis; tribus exterioribus oblongo-spathulatis; interiorum infimo exteriores aequante, superioribus fere linearibus, exteriores fere

quarta parte superantibus; staminibus sepala minora aequantibus; stylo paullo breviore.

Aut prope *Valparaiso* aut prope *Talcahuano* legi. — Foliis caulium sterilium petiolus 15 lin. longus, lamina 15 1/2 lin. longa, 6 — 7 lin. lata; caulis fertilis pedalis, 2 lin. crassus; folia ejus bipollicaria, 4 lin. lata; foliola involucri circa 5, caulinis similia, 12 lin. longa; pedunculi usque ad divisionem 12 — 15 lin. longi; bracteae lineares, acutae; perigonium 18 lin. longum; sepalum majus fere 14 lin. longum, 5 lin. latum; petala longiora modo 2 1/2 lin. lata. — Differt a *pulchra* colore floris etc.; ab *exserente* Meyen foliis longe majoribus (in hac specie secundum Gay modo 6 1/2 longa, an error?) stylo staminibus breviore, ab *A. Ligtu* sepalis valde inaequalibus.

445. **Alstroemeria puberula** Ph. A. puberula caule pedali, basi squamato, superius foliato, foliis parvis, lineari-lanceolatis, non resupinatis; umbella involucrata, quadriradiata, radiis bifloris, bracteatis; perigonio pollicem longo; sepalis spathulatis, acuminatis, immaculatis, infimo saepe fere trilobo; staminibus sepala subaequantibus; stylo dimidio breviore.

Absque indicatione loci in herb. Chil. inveni. — Folia 8 — 9 lin. longa, vix 1 1/4 lata; pedunculi usque ad divisionem 7 lin. longi, pedicelli 5 lin.; foliola involucri 9 lin., sepala latiora 4 lin., angustiora modo 2 1/2 lata, infimum angulos laterales saepe tam prominentes habet ut fere trilobum appareat.

446. **Alstroemeria tigrina** Ph. A. caule fertili basi squamoso, superius foliato; foliis linearibus, sensim acuminatis, haud resupinatis; umbella involucrata, triradiata; radiis bifloris, bracteatis; perigonio infundibuliformi, pollicari; sepalis

aequilongis, omnibus citrinis, purpureo-punctatis; latioribus subretusis et calloso-acuminatis.

In herb. Chil. specimina tria ab infelici Bertero lecta absque indicatione loci servantur. Caulis pedalis; folia 10 lin. longa, 1 lin. lata; foliola involucri similia, sed modo 6 lin. longa; bracteae 3 lin.; radii umbellae 20 lin. longi, medio furcati; sepala latiora 3 ½ lin. lata, apice retusa, mucrone calloso aucta, interiora vix 2 lin. lata, regulariter acuminata; antherae et stylus perigonium aequant. — Specimen ab orn. Germain prope *Linares* lectum huc refero, depauperatum est, 4-pollicare, umbella ad radium unicum bifurcatum reducta, petala reflexa.

447. **Alstroemeria nivalis** Ph. A. caule humili, infra squamoso, superius folioso; foliis sub umbella confertis, anguste linearibus, haud resupinatis; umbella triradiata, radiis unifloris; perigonio 18 lineas longo, roseo; sepalis obovatis, basi in unguem longum, angustum attenuatis, integerrimis; petalis superioribus longioribus, longe angustioribus, mucrone nigro uncinato terminatis, medio citrinis, lineis obliquis purpureis notatis; staminibus styloque sepala aequantibus.

In Andibus prov. *Santiago* ad limitem nivis perpetuae legit orn. Germain. — Caulis spithamaeus; folia 9 ½ lin. longa, 1 lin. lata, pedunculi 6 ½; sepala 18 lin. longa, 9 lin. lata, apice calloso longe minus prominente quam in petalis; petala 22 lin. longa, superius 5 lin. lata.

448. **Alstroemeria andina** Ph. A. caule humili, superius folioso; foliis oblongo-spathulatis, multinerviis (nervis circa 13), confertis; umbella pauciflora, involucrata; foliolis involucri linearibus; pedunculis brevissimis, unifloris; perigonii vix 8 lin. longi sepalis spathulato-oblongis, acuminatis, integerrimis, petalis angustioribus, aequilongis.

In Andibus *Doña Ana* dictis prov. Coquimbo legit cl. Gay. Herb. Chil. no. 425. — Caulis vix tripollicaris, basi foliis distantibus, linearibus onustus; folia superiora vero 9 lin. longa, 5 1/2 lin. lata, in petiolum 4 lin. longum attenuata, apice brevissimo sed acuto; involucri foliola 4 1/2 lin. longa; pedunculi modo 2 — 3 lin.; sepala 2 1/2 lin.; petala 1 1/2 lin. lata; stamina sepalis paullo breviora sunt. — Ab *A. spathulata* Presl floribus parvis (in illa perigonium 13 lin. longum), breviter pedunculatis, a *sericantha* sepalis minime latis et obcordatis, a *Neillii* sepalis integerrimis etc. differt.

449. Alstroemeria crispata Ph. A. caule brevi, dense folioso; foliis haud resupinatis, oblongis, sensim in petiolum attenuatis, acutis, margine undulato-crispis, inferioribus ciliato-denticulatis; foliis involucri linearibus; umbella circa 6-flora; pedunculis indivisis; flore minuto.

In editissimis Andibus ad *Huanta* legit cl. Gay. — Specimen modo alabastra florum ostendit, sed foliis tam singulare est, ut novam speciem, facillime etiam absque floribus cognoscendam, proponere non dubitaverim. Caulis quadripollicaris, basi squamatus, deinde per tres quadrantes foliis numerosis, erectis, vix 1 1/2 lin. inter se distantibus vestitus; haec 12 lin. longa, 2 lin. lata, petiolus dimidiam longitudinem occupat, lamina sub 5-nervia, margine, ut dixi, undulato-crispa; folia involucri 6 1/2 lin. longa, vix 1 lin. lata.

450. Alstroemeria hirtella Ph. A. caule foliosissimo pedunculisque hirtis; foliis haud resupinatis, linearibus, longissimis; umbella involucrata, quinqueradiata, involucro a foliis non distincto; radiis bifloris?, bractea longissima, folio caulino simillima (ad originem secundi floris?) munita; perigonio . . . .

Ad *Arqueros* cl. Gay specimen nondum perfectum legit. — Caulis pedalis, basi squamatus; folia 4 1/2 pollices longa,

vix 2 lin. lata, glabra, margine denticulato-ciliato; bractea 2-pollicaris; alabastrum floris 6 lin. — Species jam foliis, involucro, bracteisque longissimis facile distinguenda.

451. **Alstroemeria chiloensis** Ph. A. caule pedali; foliis resupinatis, glabris, linearibus, utrinque sensim angustatis, 7-nerviis; umbella pauciradiata, involucrata; foliis involucri magnis, a caulinis non distinctis; radiis bifloris, bracteatis, bractea magna, lanceolato-lineari; perigonio citrino, 14 lin. longo; staminibus $^3/_4$ petalorum aequantibus.

Prope *S. Carlos de Chiloë* legit cl. Gay, herb. Chil. no. 433. — Folia 3 poll. longa, 4 lin. lata, absque ullo ciliarum vestigio; foliola involucri ultra 3 poll. longa, flores superantia; bracteae 22 lin. longae, fere 3 lin. latae; pedunculi usque ad bifurcationem 18 lin.; sepala 12 lin. longa, 3 lin. lata, integerrima; petala 14 lin. longa, $2^1/_2$ lin. lata, sensim acuminata. — Differt ab *A. aurantiaca* floribus minoribus, sepalis angustioribus, staminibus brevioribus.

452. **Alstroemeria Gayana** Ph. A. caule 2—3-pedali; foliis lanceolatis, ciliatis, haud resupinatis; umbella circa 8-radiata, involucrata; foliolis involucri brevibus, lanceolatis; radiis elongatis, medio ramum plerumque abortivum gerentibus; perigonii $1^3/_4$ poll. longi sepalis obovatis excisis, mucronatis, serratis, (siccis) pallide violaceis, marginem versus albis; petalis luteis, violaceo-lineolatis, superioribus obovato-oblongis, acutis; inferiore obtuso, fere rotundato.

In umbrosis prope *la Serena* leg. cl. Gay. — Folia inferiora fere 4 poll. longa, 9 lin. lata, superiora sensim minora, illa involucri modo 12 lin. longa, $2^1/_2$ lin. lata; pedunculi tripollicares; bractea in medio sita 8 lin.; sepala 20 lin. longa, 12 lin. lata; petala superiora aeque longa, sed modo 6 lin. lata; inferius $7^1/_2$ lin. latum. — Species elegan-

tissima, *A. violaceae* mihi (Flor. atac.) propter colorem violaceum similis, sed sepalis duplo latioribus, margine pallidis, petalis flavis violacco-lineatis facillime distinguenda.

Solaria Ph. nov. genus *Gilliesiacearum.*

Dixi in honorem cl. Francisci de Borja Solar, facultatis mathematicae in Universitate chilensi decani.

Perigonium inferum, sexpartitum viride, laciniis linearilanceolatis, tribus internis paullo minoribus, externis trinerviis; membrana annularis cum basi laciniarum perigonii connata in laciniis tribus anterioribus staminigera; antherarum posteriorum nullum vestigium; appendices nullae ut in *Gilliesia* vel *Miersia*; filamenta brevissima, antheras aequantia, membranacea, triangularia; antherae dorso affixae, biloculares, extrorsae, longitudinaliter dehiscentes; stylus brevis, simplex, antrorsum inclinatus, ovarium subglobosum, triloculare, ovulis numerosis, biseriatis etc.; capsula subglobosa. — Herba bulbosa glabra, habitu *Miersiae.*

453. S. miersioides Ph.

In Andibus prov. *Santiago* ad argentifodinam *las Arañas* ipse inveni, in illis depart. *Linares* ors. Germain. — Bulbus c. 9 lin. longus, ovatus; folia flaccida, fere pedem longa, canaliculata, 4 lin. lata; scapus 10-pollicaris, umbellam circa 10-floram gerens; spathae diphyllae foliolis scariosis circa 10 lin. longis; pedicelli inaequales, excrescentes, florentes vix ultra 6 lin. longi, erecti, fructiferi fere bipollicares, deflexi; laciniae majores perigonii florentis 4 lin. longae; capsula 3 lin. longa.

Specimina prope *las Arañas* lecta foliis pedicellisque brevioribus differunt.

454. Tritelcia sessilis Ph. Tr. foliis linearibus, obtusis, canaliculatis, scapum uniflorum superantibus; spathis

basi scariosis, hyalinis; flore in spatha sessili; tubo perigonii elongato, hyalino; laciniis oblongis, albis, nervo viridi.

Eodem loco cum antecedente legi. — Bulbus oblongus, c. 6 lin. longus; vaginae foliorum subterraneae, cylindricae, hyalinae 1 1/2 — 2 poll. longae, laminae in terram decumbentes, 1 1/2 poll. longae, 1/2 lin. latae; scapus lateralis, vagina folii extimi inclusus, pollicem longus; spathae duae 10 lin. longae, hyalinae, apice quantum ex terra prominet, nervo viridi; pedicellus vix 1/2 lin. longus; tubus perigonii 9 lin. longus, maxima ex parte subterraneus; laciniae 6 — 7 lin. longae; antherae e tubo exsertae, oblongae; stylus stigmatibus tribus brevibus, obtusis terminatus, antheras subaequans.

455. **Ornithogalum chilense** Ph. O. foliis subtribus, planis, c. 3 lin. latis, synanthiis, scapum 6 — 8-pollicarem aequantibus, aut eo brevioribus; floribus paucis (3 — 6), corymbosis, albis; bracteis lanceolatis; perianthii laciniis oblongis, 3 1/2 lin. longis, nervo mediano exteriorum viridi; filamentis ovato-lanceolatis, bis tertiam sepalorum partem aequantibus.

Frequens in prov. centralibus: *Melipilla* Dr. Volckmann; *Cuesta de Zapata* ipse; *Santiago* Gay herb. Chil. no. 458. — *O. aridum* Poepp. filamentis ovatis, et foliis admodum latis differre videtur.

Cl. Gay, qui ipse specimen hujus *Ornithogali* in herb. Chilensi reliquit, in botan. chil. VI. p. 109: „ex mea", ait, „sententia *Ornithogali* genus e Chile exsul est" sic!

Observ. Male cl. Gay *Tristagmae dimorphopetalae* suae bot. Chil. VI. p. 126. lacinias perigonii sex, *tres exteriores* membranaceas, albidas, tres interiores crassas, violaceas attribuit; inspice figuras ejus t. 69 bis: et flores magnitudine naturali depicti, et ille fig. a auctus lacinias perigonii

exteriores *sex* exhibent, et *sex*, non *tres*, in speciminibus a cl. auctore in herb. Chil. relictis sunt. Planta igitur omnino inter *Leucocorynas* et *Tristagmas* intermedia, ab illis staminibus *sex* non *tribus*, ab his laciniis crassis tribus, illis quae in *Leucocoryne* stamina castrata vocantur, omnino similibus, et in *Tristagmis* deficientibus diversa.

456. Leucocoryne macropetala Ph. L. foliis ....; umbellis 3 — 5-floris; spathae foliolis angustis, pedicellos tubo corollae duplo saltem longiores subaequantibus; floribus albis; laciniis perigonii lineari-lanceolatis, patentibus vel reflexis, tubo longioribus; staminibus sterilibus crassis, cylindricis, exsertis, tubum dimidium aequantibus.

In arenosis prope *la Serena* leg. cl. Gay. Herb. Chil. no. 449. — Scapus 6-pollicaris; pedicelli 8 — 10 lin.; tubus perigonii $3\frac{1}{2}$ lin.; laciniae 6 lin. longae, $1\frac{1}{2}$ lin. latae. — Differt a *L. alliacea* pedicellis subaequalibus, floribus albis, tubo angustiore, laciniis patentibus vel reflexis, neque erectis, staminibus sterilibus brevioribus, crassioribus, obtusis.

457. Cumingia parvula Ph. C. 4 — 5-pollicaris; floribus divaricato-paniculatis, parvis, modo $2\frac{1}{2}$ lin. longis; laciniis tubum aequantibus, trinerviis; antheris albis; capsula modo $1\frac{1}{2}$ lin. longa.

In regione litorali prov. centralium habitat, prope *S. Antonio* legit orn. Germain. — Bulbus solitus; scapus, ut videtur usque ad ramificationem in terra occultus, omnino squamis albis vaginantibus tectus; pedicelli circa $1\frac{1}{2}$ lin. longi; flores nutantes, caerulei, antherae solitae; semina nigra, etc. — Species magnitudine et panicula divaricata distinctissima.

458. Juncus floribundus Ph. J. culmo 2 — 3-pedali, vix striato, 1 — 2 folio; foliis teretibus, articulatis, tenuiter striatis, culmum aequantibus, vel paullo brevioribus; anthelae

supradecompositae ramis elongatis; bractea brevi, terete, articulata; glomerulis sessilibus, c. decemfloris; sepalis anguste lanceolatis, acuminatis, aequalibus, capsulam oblongam, mucronatam subsuperantibus; staminibus sex; stylo brevissimo.

Prope *Quillota*, *Rancaga* etc. locis humidis. — Culmi usque ad 2 lin. crassi; anthela interdum 9 poll. longa; bractea bipollicaris, in speciminibus majoribus verum folium est; sepala $1\frac{1}{2}$ lin. longa, ante anthesin viridia, deinde rufa seu potius dorso viridia, margine spadicea ipso limbo vero scarioso, hyalino; semina lutea, puncto nigro terminata.

459. **Juncus oliganthus** Ph. J. pusillus, vix bipollicaris; culmis erectis, foliatis, laevibus; foliis filiformibus, teretibus, articulatis; anthela depauperata, e capitulis duobus 1 — 3-floris, basi bracteatis formata; floribus hexandris; sepalis aequilongis, ovato-lanceolatis, mucronato-acutis, rufis, interioribus latioribus, capsulam oblongo-triangularem, acuminatam aequantibus; filamentis dimidio calyci aequalibus.

Ad *Corral*, portum Valdiviae legi. — Foliorum lamina $1 — 1\frac{1}{2}$ poll. longa; bractea universalis plerumque scariosa et rufa, capitulum secundum aequans, rarius folio terminata; bracteae partiales scariosae, rufae, capitulis breviores; capitulum inferius, ubi duo adsunt, pedicello vix 1 lin. longo fultum; sepala $1\frac{1}{2}$ lin. longa; capsula castanea, unilocularis. — Primum pro *J. microcephalo* δ. *pusillo* Kth. III. p. 324 habui, sed capsula minime obovato-obtusa.

460. **Rostkovia gracilis** Ph. R. caulmis erectis, gracilibus, basi foliatis; foliis binis, rigidis, teretibus, plerumque culmum superantibus; flore solitario magno, unibracteato; sepalis setaceo-linearibus, tribus exterioribus majoribus; antheris subsessilibus, ovarium aequantibus, spiraliter tortis; stylo elongato, stigmatibus basi incrassatis.

In monte *Doce del Febrero* dicto inter lacus *Todos los Santos* et *Nahuelhuapi* ad c. 5000 p. s. m. invenit orn. Dr. Fr. Fonk. — Culmi sexpollicares, modo $^1/_2$ lin. crassi; sepala exteriora $6^1/_2$ lin. longa, interiora 6 lin. — Gracilior et minor est quam *R. grandiflora* Forst., flos duplo minor, bractea multo minus conspicua. A *R. magellanica* sepalis angustis, setaceis etc. differt. — Capsulae non suppetunt.

461. Rostkovia? clandestina Ph. R.? caulibus densissime caespitosis, foliosissimis; foliis longe vaginantibus, sed lamina brevi plana, involuta, a basi latiore sensim angustata, fere pungentibus; floribus axillaribus, sessilibus, solitariis; sepalis 5 lin. longis, subulatis, capsulam ovato-lanceolatam, acuminatam superantibus.

In Andibus prov. Coquimbo loco *los Patos* dicto habitat; cum *Carice gaimardioide* in eodem caespite confusam inveni. — Caules vix bipollicares; vagina foliorum 4 lin. longa, lamina 4 — 5 lin. longa; capsula castanea, nitida, 3 lineas longa, trilocularis, acumine trisulcato terminata; semina ovata. Flores non suppetunt. — Inflorescentia tam singularis, ut novum genus suspicaris, sed capsula et perigonium exacte ut in *Rostkovia*.

462. Rostkovia? brevifolia Ph. R.? dioica, humilis, caespitosa, caulibus densissime foliosis, masculis flore unico, erecto, longe pedunculato terminatis; foliorum vagina lata, lamina lineari, involuta, mucronata; bractea sub calyce ovata, scariosa, calyce paullo minore; sepalis lanceolatis, albo-scariosis, nervo mediano purpureo-castaneo; antheris subsessilibus, linearibus, cuspidatis; floribus foemineis ....

Et in Andibus prov. *Santiago* et ad lacum *Malvarco* legit orn. Germain, sed omnino specimina modo mascula. Vaginae $4^1/_2$ lin. longae, saepe 3 lin. latae, nervosae, lamina

4 — 5 lin. longa, vix 1 lin. lata; pedunculus 8 — 10 lin.; sepala 4 lin. longa. — Affinitas cum priore in propatulo est, an etiam *R. clandestina* dioica? an *R. brevifoliae* flores foemincei pariter axillares, occulti, ideoque specimina foemina a Germainio neglecta?

463. **Heleocharis valdiviana** Ph. H. rhizomate repente, culmis teretiusculis, striatis, basi vaginatis, 6—8 poll. altis; vaginis peroblique truncatis; spica multiflora, lanceolata, peracuta; squamis basalibus tertiam partem spicae aequantibus, omnibus ovato-oblongis, acutis, subcarinatis, uninerviis, sanguineis, dorso viridibus; margine hyalino, apicem versus evanido; stylo longo, usque ad medium bifido; achaenio obovato-pyriformi, biconvexo, haud punctato, rufo, nitido; tuberculo abbreviato.

In provincia *Valdivia* prope *Cudico* et alibi occurrit. — Spica 7 lin. longa, 2 lin. lata, ut in *H. palustri* L., a qua spicae forma peracuta et squamis ejus duplo majoribus nostra species differt.

464. **Heleocharis litoralis** Ph. H. repens, pusilla, 4-pollicaris; culmis filiformibus, strictis, aphyllis, teretibus; spica terminali, ovato-acuta, $3^1/_2$ lin. longa, 7—10-flora; squamis ovatis, obtusis, inferiore viridi, spadiceo-marginata, reliquis omnino spadiceis, aut nervo mediano viridi ornatis; setis c. 4 hispidis achaenium aequantibus; antheris mucronatis, basi haud sagittatis; stylo bifido usque ad medium diviso; achaenio pyriformi, albo, laevi, dimidiam squamam aequante, tuberculo conico elongato.

Ad litus prope *Corral*, portum Valdiviae inveni.

465. **Heleocharis? dubia** Ph. H. caespitosa, pusilla, 3—4-pollicaris; culmis filiformibus, quadrangularibus, aphyllis, basi vaginatis; vaginis rufescentibus, apice viridibus, oblique

truncatis; spica terminali, oblongo-ovata, 3—3 1/2 lin. longa, circa 8-flora; squamis ovatis, obtusiusculis, obsolete multinerviis, spadiceis; nervo mediano viridi; margine vix scarioso; setis hypogynis, retro-hispidis 4 — 6; staminibus duobus; filamentis filiformibus, elongatis; antheris mucronatis; stylo ultra medium trifido, *basi dilatata triloba* ovario insidente; achaenio (immaturo), obovato, trigono, albo, basi persistente styli, sed non tuberculo strictura diviso, coronato.'

Cum priore inveni, cui similis. — Culmis quadrangularibus cum *H. pachycarpa* Desv. convenit, sed squama infima spicae obtusa, stylo, nec non fructu differt, cujus fabrica ab illa generis satis aliena est.

466. Malacochaete oligostachya Ph. M. culmis vix pedalibus, triquetris; bractea unica, culmum continuante, circa pollicem longa, spicas multum superante; spicis 4 — 6, sessilibus, 3 1/2 lin. longis, ovatis; squamis late ovatis, purpureo-sanguineis, excisis, mucronatis, margine superiore hyalino, fimbriato; inferioribus 2 1/4 lin. longis, fere 2 lin. latis; staminibus fertilibus tribus; filamentis brevissimis; filamentis tribus sterilibus margine serrato-fimbriatis, 2/3 — 3/4 antherarum aequantibus; stylo vix antheris breviore, stigmatibus duobus deflexis; ovario brevissimo.

✓Prope *Carelmapu* legit cl. Gay. Herb. Chil. n. 305. — Folium caulinum unicum, canaliculatum, fere 16 lin. longum; culmus 1 lin. crassus; antherae filamentum suum ter aequant. — Facillime a *M. riparia* praeter staturam humiliorem spicis paucis sessilibus distinguenda.

467. Scirpus acaulis Ph. Sc. humilis, dense caespitosus; foliis vix pollicem longis, recurvis, laevibus, inferioribus 3/4 lin. latis, superioribus fere 1 1/2 lin. latis, brevioribus; culmo brevissimo, usque ad apicem dense folioso; spica ter-

minali ovata, subsessili, foliis involucrata, ad summum 4 lin. longa; squamis oblongo-lanceolatis, fere 3 lin. longis, basi hyalinis, apice viridibus, herbaceis, carinatis; staminibus tribus, filamentis longissimis; setis hypogynis, retrorsum hispidis, subtribus; achaenio ovato, triquetro, rostrato, albo, laevissimo; stylo elongato, trifido.

Ad lacum Andinum *Malvarco* legit orn. Germain. — Achaenia matura non suppetunt, immatura $^3/_4$ lin. longa; rostrum achaenii a basi styli distinctum est. Species habitu singularis cum *Sc. deserticola* Ph. flor. atac. affinitatem ostendit.

468. **Isolepis modesta** Ph. I. pumila, 1—2-pollicaris; culmis caespitosis, filiformibus, basi plerumque unifoliatis, folio scapum subaequante; spicis solitariis bracteam aequantibus; squamis ovatis, navicularibus, cariuatis, carina viridi in mucronem continuata; lateribus atrosanguineis, basi margineque albidis; staminibus tribus; achaenio triangulari, obovato-mucronato, laevi, sub lente fortiore tantum punctulato.

Ad *Huanta* in prov. Coquimbo legit cl. Gay. Herb. Chil. no. 256. — Vaginae ad basin culmorum atrosanguineae. — Differt ab *I. pygmaea* foliis culmum subaequantibus, spica singula, achaenio laevi; a *nigricante* iisdem notis, nec non staminibus tribus; ab *albescente* spicula solitaria, atrosanguinea, staminibus tribus etc.

469. **Isolepis nana** Ph. I. caespitosa, pygmaea; culmis bipollicaribus, filiformibus, plerumque aphyllis teretibus; spica solitaria, terminali, subdecemflora, ovata; squama inferiore saepe bracteaeformi, apice viridi, foliacea terminata et spicam aequante, caeteris basi viridibus, dein atropurpureis, carinatis, nervo mediano viridi; staminibus 2 vel 3; achaeniis obovatis, triquetris, flavescentibus, laevissimis; stylo trifido.

Prope *Corral*, portum Valdiviae inveni. Vaginae more solito basi atropurpureae; superior interdum folio filiformi terminata. — Differt ab *I. nigricante* staminibus 2—3, spica solitaria, ab *albescente* spicula solitaria etc. a *pygmaea* achaenio laevissimo etc.

470. Scirpus spadiceus Ph. Sc. rhizomate repente; culmis pedalibus, filiformibus, basi foliatis, sulcatis?; foliis convolutis, culmo parum brevioribus, vix eo latioribus, striatis, laevissimis; culmo apice bifoliato, folio inferiore 3 lin. a secundo distante; spicis 4—6, bibracteatis, geminatis, ovatis, atropurpureis, circa 7-floris, superioribus breviter pedunculatis; squamis ovatis, carinatis, carina viridi; setis hypogynis 4, pilosis, basi plumosis; staminibus tribus; stylo puncto minimo inserto, bifido; achaenio ovato, albo, compresso, laevissimo, neque corona neque setis coronato, fere 1 lin. longo.

Ad *Corral* inveni. Ibidem occurrit varietas depauperata, modo 2 — 5 poll. alta, spicas modo duas gerens, primo adspectu valde distincta.

471. Carpha paniculata Ph. C. culmis caespitosis, laevibus, basi tantum foliatis; foliis angustis, culmo paullo brevioribus; panicula involucrata, spiculis subduodenis, bifloris, squamis sex, acuminatis, omnibus carinatis, tribus inferioribus et suprema vacuis; setis hypogynis sex, sabris; achaenio obovato, obtuse tricostato; stylo laevi stigmatibusque persistentibus.

In montibus a borea *vulcano de Osorno* dicto oppositis Februario 1831 legi; in collibus Archipelagi *Chonos* cl. Dr. Fr. Fonk. — Culmi pedales, fere filiformes; folia $^{1}/_{2}$—$^{3}/_{4}$ lin. lata, plana, margine serrata; bractea infima fere 2 poll. longa, vagina ejus brevis, atra, limbus foliaceus; pedunculi spiculas fere 3 lin. longas, spadiceas aequant. — Differt a

C. schoenoidi Banks et Sol. foliis longioribus, panicula multiflora, setis hypogynis scabris nec plumosis, stylo laevi, neque angulis serrato.

472. Oreobolus clandestinus Ph. O. 2—3-pollicaris, dense caespitosus; foliis sparsis, arcte confertis, rigidis; vaginis late ovatis, fissis; lamina involuta, subulata, subtereti, tricostata, costis apice scabris; culmo incluso, flores 3—4 axillares, breviter pedunculatos gerente; floribus tribracteatis.

In „los Alerzales“ (i. e. locis paludosis ubi *Fitzroya patagonica* crescit) prope *Corral* legi, Octobri florentem. — Caespites densi, diametri pedalis; folia 1 1/2 poll. longa, culmum usque ad apicem vaginis suis amplexa; pedunculi fere 2 lin. longi, compressi, sulcati; bracteae majores 2 1/2—3 1/2 lin. longae, interiores sensim minores, caeterum foliis similes, vagina sc. ovata in laminam carinatam, viridem, aut, in bracteis interioribus spadiceam terminata. Squamae sex, cartilagineae, oblongae, acuminatae, ovario paullo breviores; Ovarium truncatum apice marginatum, margine plicis tribus instructum; stylus ovario sublongior, stigmata stylum aequantia. — Differt ab *O. obtusangulo* Gaud. foliis, culmum omnino amplectentibus, haud distichis, culmo igitur foliis breviore occulto; floribus pluribus, neque unico terminali.

473. Carex pratensis Ph. C. elata, culmo foliato; spicis circa 6, cylindraceis, unisexualibus; masculis 2—4; foemineis duabus, breviter pedunculatis, longe bracteatis, erectis; squamis masculinis oblongis, obtusis, hyalinis, apice pallide testaceis; foemineis oblongis, acutis, apice serrulato-ciliatis, trinerviis, pallide ferrugineis, centro viridibus; stigmatibus tribus; utriculo obovato-oblongo, compresso?, enervio, breviter rostrato, virescente, marginibus superius spinuloso-ciliatis; achaenio ovato, fusco, costis tribus, rotundatis, virescentibus.

In pascuis ad *Concepcion* habitat.

474. Carex leucocarpa Ph. C. culmo 1 — 1 1/2-pedali, trigono, basi folioso; spicis circa 5, cylindraceis, masculis tribus, pedunculatis; foemineis binis, sat longe pedunculatis, nutantibus, longe bracteatis; squamis masculis oblongis, apicem versus latioribus, mucronatis, castaneis, nervo mediano albido; squamis foemineis castaneis, ovato-oblongis trifidis; stigmatibus tribus; utriculo glabro, inflato, breviter rostrato, lacteo, apice castaneo, squamam suam latitudine superante; achaenio vix quartam utriculi partem occupante.

In montibus a borea vulcano *Pise* seu *de Osorno* dicto oppositis Februario 1852 legi. Laete virens, folia culmo breviora; culmus in medio folium unicum gerit, quod originem spicae infimae non attingit; vagina foliorum integra. Bractea infima 3-pollicaris et major, spicam suam superans, vagina fere pollicem longa fulta; sequentes sensim breviores.

475. Carex odontolepis Ph. C. culmo bipedali, triangulari, foliato; spicis cylindricis, 6 — 8, distantibus, erectis; bracteis inferioribus foliaceis, vaginatis?, spicam? subaequantibus; spicis masculis tribus, terminalibus; foemineis tribus, inferioribus longe pedunculatis; squamis omnibus linearibus, nigro-spadiceis, carina alba, supra apicem irregulariter emarginato-bidentatum in aristam brevem producta; stigmatibus tribus; utriculo ovato, membranaceo, enervio, in rostrum brevem abrupte terminato, basi albo, apice nigro, squama multo latiore.

In montibus *Talcaregue* dictis invenit cl. Germain. Herb. chil. no. 264. — Differt a *C. trifida* Cav. spicis distantibus, arista squamarum brevi, utriculo enervio, vix basi attenuato; a *leucocarpa* vero spicis foemineis erectis, squamis oblongo-linearibus, neque ovato-oblongis cuneatis, haud profunde trifidis etc.

476. **Carex cernua** Ph. C. culmo 1—1 $^1/_2$-pedali, foliis longiore, laeviusculo, erecto, apice cernuo, tetrastachyo; spicis cylindricis, pedunculatis, cernuis; suprema basi mascula, deinde foeminea, inferioribus omnino foemineis, aut basi flores masculos 2—3 gerentibus; squamis conformibus, ovato-lanceolatis, rufo-castaneis, subtrinerviis, utriculum fere bis aequantibus; utriculo ovato, laete viridi, subtrigono, acuto, vix rostrato, laevissimo; stigmatibus tribus.

Prope *S. Rafael* in peninsula Tresmontes legit cru. Fonk. — Folia basalia 8—9 poll. longa, 1 $^2/_3$ lin. lata; bracteae erectae haud vaginatae, inferior fere 4-pollicaris, suprema 4 lin. longa; pedunculi circa 10 lin.; squamae 3 lin., utriculus 1 $^2/_3$ lin. longus. - Differt a *C. magellanica* utriculo enervio, haud punctato, minime apice atrosanguineo.

477. **Carex Fonki.** C. culmo pedali, foliato, triquetro, laevi, foliis culmum aequantibus, margine et dorso scabris; spicis quatuor, erectis, ovato-cylindricis; suprema mascula, reliquis foemineis, pedunculatis, inferioribus duabus longe bracteatis; bracteis vaginatis; squamis masculis ovato-lanceolatis, subaristatis, castaneis, centro pallidioribus, 3 lin. longis, 1 lin. latis; squamis foemineis latioribus, ovatis, acuminatis, atro-purpureis, nervo mediano virescente; stigmatibus tribus; utriculo oblongo-ovato, membranaceo, albo, breviter rostrato, margine laevissimo, squamis angustiore sed fere aequilongo.

In monte *Cerro del doce de Febrero* inter lacus *Todos los Santos* et *Nahuelhuapi* invenit cru. Dr. Fr. Fonk. — Folia 2 lin. lata; bractea inferior vaginam 13 lin. longam, laminam 3 poll. longam habet; pedunculus spicae inferioris 20 lin. longus; spica inferior 10 lin. longa, 3 lin. crassa.

478. **Carex Lechleri** Ph. C. culmo pedali, triquetro, superius nudo; foliis culmo multo brevioribus; spicis quatuor,

approximatis, ovatis, erectis; suprema androgyna, apice mascula, reliquis foemineis; infima pedunculata; bractea vix vaginante, spicas haud aequante; squamis ovatis, acutis, castaneis, nervo mediano viridi; stigmatibus duobus; utriculis compressis, obovato-oblongis, rostro brevi terminatis, atro-fuscis, marginibus superius viridibus, spinuloso-ciliatis.

In freto Magellanico prope *Punta Arenas* legit orn. Lechler, et mecum nom. *C. magellanicae* communicavit, sed cum hac nullam similitudinem habet. — Folia $2^1/_4$ lin. lata; spicae foemineae 6 — 8 lin. longae, 3 — 4 lin. latae; utriculi $2^2/_3$ lin. longi; achaenium compressum, oblongo-ovatum, marginibus parallelis; dorso obtuse costatum, pallidum, 1 lin. longum.

479. Carex valdiviana Ph. C. culmo trigono, humili, c. bipollicari, foliis aequali; foliis fere $1^1/_2$ lin. latis, apice serrulatis; spicis unisexualibus, tribus, ovatis, sessilibus, approximatis; suprema mascula; duabus inferioribus foemineis longe bracteatis; bracteis vaginatis?; squamis masculis ovato-oblongis, acuminatis, purpureo-castaneis, nervo mediano albido, margine hyalino; $1^2/_3$ lin. longis, inferiore majore, bracteaeformi, spicam aequante; squamis foemineis ovatis, subaristatis, nervo mediano elongato, viridi; stigmatibus tribus; utriculis $1^1/_2$ lin. longis, squamas longitudine et latitudine fere bis superantibus, glaberrimis, oblongo-ovatis, sensim in rostrum breve attenuatis, viridibus, purpureo magis minusve tinctis; margine laevi, rostro subintegro.

Prope *Corral*, portum *Valdiviae* legi. — Bractea inferior fere 2 poll. longa, secunda 1 poll., spicae 4 lin. longae. Figura *C. fusculae* apud Duperrey Voy. Coq. t. 28. optime nostram referret, sed squamae masculae *obovatae*, *truncatae*, *breviter mucronatae*, et squamae foemineae ovatae,

excisae; mucrone *integro*, in figura vix tertiam partem squamae aequante, (in textu mucro dimidiam squamam aequare dicitur). — Figurae *C. fusculae* a cl. Desvaux in opere Gayi data contra squamam ovatam, in mucronem squamam ipsam fere superantem, margine serrulatum desinentem, itaque toto coelo distinctam ostendit, et potius *C. distentam* Kunze referre videtur.

480. **Heleocharis melanocarpa** Ph. H. pusilla, caespitosa; culmis bipollicaribus, strictis aphyllis, basi vagina purpurea, apice scariosa instructis; spica terminali, solitaria, ovata, ebracteata, compacta, $2^1/_2$ lin. longa; squamis ovatis, muticis, obscure fuscis, nervo mediano viridi, margine perangusto interdum hyalino; setis hypogynis sex; achaenio obovato; compressiusculo, biangulato, nigro-castaneo, tenuissime punctulato; tuberculo triangulari, parvulo; stigmatibus duobus.

Ad lacum *Ranco* prov. Valdiviae legit cl. Gay. Herb. chil. no. 258. — Habitu simillima est *H. dubiae* et *litorali* mihi, a quibus achaeniis nigris primo adspectu distinguitur.

481. **Heleocharis appendiculata** Ph. H. caespitosa?, culmis teretiusculis, striatis, vaginatis, vaginis transverse truncatis, lamina minore setacea terminatis; spica oblongo-lanceolata, modo $3^1/_2$ lin. longa, acutata; squamis ovatis, obtusiusculis, carinatis, uninerviis, sanguineis, apice margineque angustissimo hyalinis, albidis; achaenio obovato, pyriformi, trigono, altero latere plano, viridi, vix punctulato, basi abbreviata lineari styli terminata; setis hypogynis 6, albidis, retro-hispidis.

Prope *Quillota* legit orn. Germain. — Culmi 7-pollicares, vix $^1/_2$ lin. crassi; vaginae circa 16 lin., basi sanguineae, apice virides; lamina eas terminans $^1/_2$ lin. longa.

Gracilior quam *H. palustris*, a qua praeter vaginas transverse truncatas appendiculatas spica minore, limbo hyalino squamarum longe angustiore, fructu altero latere plano differt.

482. **Carex macrocarpa** Ph. C. repens, caespitosa; foliis planis, rigidis, apice triquetris scabris; spicis subquaternis, mascula solitaria, longe pedunculata, folia aequante, foemineis 2 — 3 breviter pedunculatis, inter folia immersis; squamis masculis lanceolatis, acuminatis, fuscis, nervo mediano albido, 4 lin. longis; squamis foemineis 4 ½ lin. longis, ovato-lanceolatis, acutis, enerviis, castaneis, marginibus et linea mediana virentibus; utriculis maximis, 8 — 9 lin. longis, e basi ovata, fere 2 lin. lata, sensim attenuatis, apice integerrimis, viridibus, dorso convexis, c. 7-nerviis, ventre planis, 5-nerviis; achaenio obovato, fusco, opaco, vix ultra 1 lin. longo; staminibus liberis; stigmatibus duobus.

Oazey harbour in *freto Magellanico* Novembri 1852 leg. orn. Lechler. — Foliorum lamina 2 poll. longa, 1 ⅔ lin. lata; pedunculus spicae masculae 20 lin. longus, rigidus, sulcatus; spica ipsa 6 lin. longa; squama inferior bracteaeformis, spicam subaequans; spicae foemineae pauciflorae. — Habitus et praesertim spicae foemineae inter folia reconditae, omnino ut in C. *acauli* d'Urv.; a qua staminibus liberis et utriculis maximis omnino distinctis summopere differt.

483. **Piptochaetium purpuratum** Ph. P. culmo pedali; foliis anguste linearibus, convolutis; panicula bipollicari, contracta; spiculis 3 — 3 ½ lin. longis; glumis bicoloribus, basi violaceis, apice scariosis, ovatis, longe acuminatis, inferiore obsolete nervosa, superiore trinervia; flore subsessili; pilis flavis, vix dimidium floris tegentibus; palea inferiore chartacea, oblique rotundato-ovata, compressa, dorso distincte carinata, striata, superne tuberculata, 1 ¾ lin. longa; arista vix 7 lin. longa, plerumque violacea.

Prope *Valparaiso* habitat. — A. *P. bicolore* Vahl differt gluma inferiore obsolete nervosa, flore subsessili; palea magis ovata, distincte etsi obtuse carinata, grossius et profundius sulcata, arista longe breviore.

484. **Agrostis arvensis** Ph. A. erecta; culmo gracili, 1—1 ½-pedali; internodio summo longissimo; foliis angustis, planis, ½—⅔ lin. latis, scabris; ligula brevi, ovata; panicula 2—3-pollicari, angusta, paupera; ramis setaceis, pedicellisque brevibus scabris; spiculis vix 1 lin. longis; glumis lanceolatis, inferiore carina denticulata, superiore glabra; flore ¾ glumarum aequante; palea inferiore ovata, subtruncata, plerumque mutica, superiore triente saltem minore; rarius in aristam glumam fere dimidio superantem desinente.

In arvis prope *Concepcion* legit cl. Gay et in herb. Chil. sub nomine *Poa* no. 226. reliquit. Differt ab *A. glabra* glumis vix 1 lin. longis, superiore haud denticulata; ab *exasperata* glumis minoribus, paleis saltem ¾ glumarum aequantibus, nec dimidio brevioribus, plerumque inermibus; a *magellanica* panicula pauciflora, glumis brevibus, paleis fere omnibus inermibus, a *Gayana* iisdem notis.

485. **Agrostis chonotica** Ph. A. caespitosa culmis 9—12-pollicaribus, usque ad paniculam contractam spiciformem vaginatis, vaginis foliisque glaberrimis; foliis explanatis, inferioribus 6—7-pollicaribus, supremis circa 1 ½ poll. longis, lineam latis; panicula 2—2 ½-pollicari; glumis subaequalibus, 2 ¼ lin. longis, cuspidatis, fere aristatis, dorso glaberrimis; flore vix 1 lin. longo, glaberrimo; palea inferiore apice truncata, denticulata, inermi, superiore minima.

In litore archipelagi *Chonos* dicti legit cl. Fonk.

486. **Agrostis campestris** Ph. A. caule elato, glaberrimo, fere usque ad paniculam foliato; vaginis supremis lae-

vissimis; folio ultimo 5—6 lin. longo, 3 lin. lato, superius scabro; ligula abbreviata; panicula 6 — 9-pollicari, ovata, satis laxa; ramis numerosis, subsenis in quovis verticillo, scabris, erectis; pedicellis spiculis $1\frac{1}{4}$ lin. longis brevioribus; glumis subaequalibus, e viridi, violacco et fulvo pictis, laevibus, praeter nervum medianum glnmae inferioris; flore unico, $\frac{2}{3}$ — $\frac{3}{4}$ glumarum aequante; palea inferiore lanceolata, hyalina, mutica; superiore dimidium inferioris aequante.

[v] In insula *Chiloë*, locis cultis, invenit cl. Dr. Fonk. — Differt ab *A. glabra* Kth. ligula brevi, ramis verticillorum paniculae numerosioribus, spienlis minoribus, pallidis, palea superiore majore.

487. **Agrostis patagonica** Ph. A. erecta, 2—3-pedalis; culmo laevi, plurinodo, fere usque ad apicem foliato; vaginis glabris; foliis culmeis utrinque scaberrimis; $2\frac{2}{3}$ lin. latis; ligula obliqua 2 lin. longa; panicula 8-pollicari, densa, cernua; ramis denis pluribusve in verticillis inferioribus, valde inaequalibus; pedicellis capillaribus, spienlas subaequantibus, scabris; glumis $1\frac{1}{8}$ lin. longis, ovatis, acutis, carinatis, in carina ciliolato-scabris; palea inferiore vix dimidiam glumam aequante, ovata, quinquenervi, arista brevi terminata; superiore dimidio breviore; callo glabro.

[w] Ex expeditione sua ad lacum *Nahuelhuapi* retulit cl. Dr. Fr. Fonk. — Differt ab *A. glabra* panicula densa, palea vix dimidium glumae aequante, plerumque distincte aristata.

488. **Agrostis lasiantha** Ph. A. annua; culmis debilibus, fere filiformibus, 8 poll. longis, usque ad paniculam foliatis; foliis $\frac{2}{3}$ lin. latis, una cum vaginis glabris, laevibus; ligula elongata, lacera; panicula elongata, contracta, laxa, pauciflora; ramis geminis, capillaribus, ultra medium nudis; spiculis hyalinis, nervis glumarum modo viridibus; glumis

f lin. longis, subaequalibus, lanceolatis, cuspidatis, uninerviis, nervo serrato-scabro; flosculo dimidiam glumam aequante; palea inferiore ovata, apice subquadridentata, dense hirsuta, dorso aristata; arista paleam fere bis aequante; palea superiore inferiorem subaequante.

In umbrosis provinciae *Valdiviae* habitat.

489. **Agrostis? asperula** Ph. A. caespitosa, laete viridis; culmis strictis, gracilibus, 1 — 1½-pedalibus, scabris; foliis brevibus, asperulis, caulinis 18 lin. longis, 1 lin. latis; vaginis pubescentibus; ligula modice elongata, [1 lin. longa, rotundata; paniculae 2½—3 poll. longae, contractae, spiciformis, ramulis brevissimis, nullo longiore quam 6 lin., appressis; pedicellis 1 — 1½ lin. longis; glumis *biflo*ris, lanceolatis, acuminatis, subaequalibus 2 lin. longis, carinatis, scabris, hyalinis, carina laete viridi; superiore trinervia, nervis lateralibus abbreviatis, trinerviis; floribus gluma breviori-bus; palea inferiore enervia, coriacea, obtusa, dorso rotundata, versus apicem violacea, margine hyalino terminata, marginibus involutis; palea superiore paullo breviore, dorso lato, plano, carinis viridibus, valde prominentibus; flore secundo pedicellato, sterili, inferiore dimidio minore; pedicello piloso; caryopsi paleis inclusa, oblongo-cylindracea, in ventre longitudinaliter bisulcata, stigmatibus sessilibus coronata.

In pascuis prov. *Valdiviae* legi, ni fallor loco *los Panlanos* praedii mei. — Floribus duobus spiculae ab *Agrostide* recedit, cujus habitum habet.

490. **Calamagrostis chilensis** Ph. C. foliis fasciculorum sterilium 9—10 poll. longis, erectis, convolutis, laevibus, superius glabris, basi vaginarumque ore pilosis; culmis erectis, bipedalibus, gracilibus, basi ramosis, superius nudis; foliis culmeis omnino glabris; ligula satis longa, truncata;

panicula $4\frac{1}{2}$-pollicari, subsecunda, contracta; ramis quaternis quinisve, majoribus $1\frac{1}{2}$ poll. longis; pedicellis capillaribus, spiculas subaequantibus, scabris; glumis $2\frac{1}{2}$ lin. longis, aequalibus, fuscis, lanceolatis, carinatis, glabris, in carina scaberulis; superiore trinervi; pilis gluma brevioribus, flosculo longioribus; paleis membranaceis, hyalinis, inferiore $1\frac{1}{4}$ lin. longa, ovata, hyalina, mutica; superiore tertio breviore.

✓Specimen a cl. Gay prope thermas *Cauqueres* lectum in herb. Chil. exstat. — Stamina nulla invenire possum; an species dioica?

491. Deyeuxia vivipara Ph. D. caespitosa, pedalis, glabra; foliis margine scabris, paniculam attingentibus; ligula ovata, acuta; panicula erecta, sat laxa, aurea, interdum violaceo mixta; glumis laevibus, lanceolatis, subaequalibus, inferiore uninervia, superiore basi trinervia; palea inferiore, glumam aequante, trinervia, in carina molliter ciliata, inermi, superiore triente breviore, molliter ciliata, bicuspidata; pilis rhachidis dimidiam glumam aequantibus, pedicello sterili in plantulam excrescente.

✓In monte *Cerro del doce de Febrero* dicto legit cl. Fonk. — Folia radicalia erecta, dimidium culmum aequantia, complicata, sed vix convoluta; caulina 2—3 poll. longa; panicula 2—3 poll. longa; ramis 3—4 in quovis verticillo, hirtis; glumae fere 4 lin. longae; flos inanis, sterilis.

492. Deyeuxia vulcanica Ph. D. caespitosa, circa 6-pollicaris; culmo erecto, filiformi; intermedio ultimo elongato, nudo; foliis radicalibus convolutis, obtusis, vix $\frac{1}{3}$ culmi aequantibus; caulinis acutis, saepe planis; ligula elongata; panicula pollicari, satis laxa; ramulis setaceis hirtis; glumis vix 3 lin. longis, lanceolatis, subtrinerviis, in carina pecti-

natis; palea inferiore lanceolata, gluma sublongiore, integra, mutica, in carina pectinato-ciliata; flore ipso viviparo.

Ad radicem vulcani *de Osorno* dicti Februario 1852 legi. — Differt a priore: caule superius nudo, filiformi; foliis radicalibus longe minoribus; glumis brevioribus, una cum palea pectinatis.

493. **Deyeuxia agrostidea** Ph. D. caespitosa, glaberrima, humilis; culmo ad summum sexpollicari, vaginis laxis, suprema inflata, fere usque ad paniculam involuto; foliis convolutis, *filiformibus*; *radicalibus laevibus*, *culmorum fertilium* vero scabris; panicula ovata s. oblonga, satis compacta, violacea; pedicellis capillaceis, pilis brevibus, distantibus, obsitis, spiculas bis aequantibus; glumis oblongo-lanceolatis, uninerviis, violaceis, dorso hispido-ciliatis; florem fere bis aequantibus, margine versus apicem lacero denticulato; calli pilis florem aequantibus; flore stipitato; palea inferiore late ovata, apice truncata et irregulariter incisa, subquinquenervia, e basi aristam paleam bis aequantem emittente; palea superiore hyalina, apice inciso-lobata, pedicello sterili longe barbato, dimidium paleae superioris aequante.

In editissimis Andibus *Talcaregue* legit cl. Gay. — Habitus *Agrostidis nanae* Kth. Glumae 2 lin. longae.

494. **Deschampsia latifolia** Ph. D. culmo pedali, usque ad apicem folioso, glabro, laevi; foliis bipollicaribus, 3 lin. latis; vaginis brevibus, truncatis; panicula angusta, viridiflavescente, interdum purpureo-variegata; ramis ternis in quovis verticillo, spiculis 3—3 1/4 lin. longis, bifloris; glumis parum inaequalibus, integris, flosculos aequantibus; callis pilosis; rhachi glabra; pedicello secundi floris 1/3 ejus aequante; paleis subaequalibus; inferiore basi trinervia, apice acuta, vix lacero-denticulata, mutica; superiore apice truncata, quadridentata; pedicello tertii floris sterili.

In Andibus dep. *Limares* invenit orn. Germain.

495. Deschampsia laxa Ph. D. culmis 2 — 3-pedalibus, glabris, laevibus; foliis complicatis, radicalibus $3\frac{1}{2}$-pollicaribus, caulinis supremis circa 20 lin. longis, 1 lin. latis; ligula elongata; panicula 6 — 8-pollicari, laxa; ramis geminis, filiformibus, sabris?; spiculis 3 — $3\frac{1}{4}$ lin. longis, flavescentibus, basi violaceis; glumis subaequalibus, apice laceris, flores superantibus; pilis calli dimidium florem aequantibus; pedicello secundi floris pariter dimidium florem aequante; palea inferiore superiorem quadrante superante; arista basilari paleam fere bis aequante.

In litore ad *Chonos, Guaytecas* etc. frequens cl. Fonkio occurrit. — Differt a *D. Kingii* arista basilari, a *pulchra* ramis paniculae geminis, nec 5 — 7, a *discolore* panicula magna, spiculis fere duplo majoribus etc.

496. Trisetum litorale Ph. Tr. glabrum; culmo erecto, gracili, 1 — 2-pedali; foliis radicalibus 6 poll. longis, superioribus vaginas suas aequantibus, $2\frac{1}{2}$ poll. longis, 2 lin. latis, margine ciliatis; ligula brevi, subovata; panicula erecta, contracta, tripollicari; spiculis trifloris, 5 lin. longis; glumis inaequalibus; inferiore anguste lineari, uninervia, superiore trinervia, ovato-acuta; palea inferiore pilosa, $3\frac{1}{2}$ lin. longa, sub apice bicuspidato aristata, arista contorta, glumam aequante.

In lapidibus maritimis prope *Coquimbo* legit cl. Gay. Herb. chil. no. 148. — Differt a *Tr. antarctico* nodo infimo glabro, foliis ciliatis, paleis hirsutis, spiculis 5 lin. longis; a *chromostachyo* glabritie; spiculis laxis, paleis hirsutis; a *variabili* foliis ciliatis, panicula laxiore, spiculis 5 lin., nec $2\frac{1}{2}$ — 3 lin. longis.

Variat caule humili, e basi ramos 3 — 4 quadripollicares emittente.

497. Trisetum andinum Ph. Tr. culmo 9—12-pollicari erecto, inferius glaberrimo, flavo, superius nudo, pubescente, purpurascente; nodis omnibus occultis; vaginis glaberrimis striatis; foliis planis, brevibus, (supremo 1 poll. longo) superius margineque scabris; ligulis brevibus, dentato-ciliatis; panicula contracta, vix $1\frac{1}{2}$ poll. longa, ramis pubescentibus; spiculis $2\frac{3}{4}$ lin. longis, 2—3-floris, viridi, fulvo, purpureoque variegatis; glumis glabris spiculas haud aequantibus, inaequalibus, superiore fere 2 lin. longa, inferiore breviore, utraque ovato-lanceolata, basi trinervia; margine lato scarioso; carina serrato-ciliata; palea inferiore glaberrima, $2\frac{3}{4}$ lin. longa, bicuspidata, ad $\frac{2}{3}$ aristata, arista divaricata longitudine paleae; palea superiore aristae insertionem superante, acute bidentata.

In Andibus prope *Antuco* invenit cl. Gay. Herb. chil. no. 210. — Differt a *Tr. toluccnsi* culmo superius modo pubescente, haud villoso; foliis brevioribus, spiculis minoribus, glumis eas haud excedentibus, magis inaequalibus.

498. Trisetum chiloënse Ph. Tr. culmo erecto seu adscendente, 9-pollicari, gracili, glaberrimo; internodio ultimo longissimo; foliis culmorum sterilium pubescentibus, ciliatis; vaginis foliisque culmorum fertilium glabratis; foliis brevibus, supremo vix pollicem longo; panicula fere 2 poll. longa, pauciflora, angusta, laxa; spiculis $2\frac{3}{4}$ longis, 2—$3\frac{1}{2}$-floris, variegatis; glumis inaequalibus; inferiore lanceolata, uninervia, dorso laevi; superiore late ovata, subquinquenervia, dorso serrato-ciliata, $2\frac{1}{2}$ lin. longa; palea inferiore glaberrima, fere 2 lin. longa, enervia, apice acuto biscuspidata, ad $\frac{2}{3}$ aristata, arista divaricata, longitudine paleae; palea superiore aristae insertionem superante, acute bidentata.

In pascuis insulae *Chiloë*, ad *Castro* a cl. Gay lecta est. Herb. no. 147. — Differt ab antecedente culmo multo graciliore, glaberrimo; panicula pauciflora, laxa, glumis valde inaequalibus, floribus minoribus.

499. **Koeleria campestris** Ph. K. annua, culmis $1\frac{1}{2}$—2-pedalibus, erectis, usque ad apicem foliosis; vaginis foliisque superius pubescentibus; panicula angusta, elongata, contracta, 5-pollicari, glauca; spiculis 4—5-floris; glumis aequalibus, $1\frac{3}{4}$ lin. longis; superiore ovato-lanceolata, trinervia, pubescente, margine lato, scarioso; inferiore paullo breviore, lanceolata, uninervia; palea inferiore $1\frac{1}{2}$ lin. longa, elongata, trinervia, dorso pilosa et margine ciliata, paulo infra apicem aristata; arista dimidiam paleam aequante.

Prope *Concepcion* in pascuis occurrit. — Culmus nodis circa 5 constat; ligulae satis elongatae, laciniatae; lamina folii supremi fere 6 poll. longa, $2\frac{1}{2}$ lin. lata. — Differt a *Triseto* (*Koeleria*) *micrathero* Desv. glumis pubescentibus, paleis medio dorso pilosis, spiculis sub-5-floris; a *Triseto subaristato* foliis elongatis, spiculis sub-5-floris; glumis acutis, palea dorso pilosa etc.

500. **Avena paupercula** Ph. A. annua, caule humili, laevi, glabro; vaginis retrorsum pilosis; foliis utrinque pubescentibus; panicula pauciflora; spiculis subunifloris; glumis angustis, florem subaequantibus, inferiore uninervi, superiore trinervi; palea inferiore 5-nervia (nervis parum conspicuis), bifida, ex divisione aristam tortam, scabram, paleae aequalem emittente; caryopsi lineari, apice pilosa.

Prope *Tomé* unicum specimen invenit orn. Germain, quod depauperatum videtur. — Tota planta $5\frac{1}{2}$-pollicaris; folium supremum 16 lin. longum, fere 1 lin. latum; panicula modo spiculis 4 composita; pedicelli apicem versus dilatati,

sulcati, vix scabri; glumae 5 lin. longae; palea inferior $6^1/_2$ lin., apicibus ab origine aristae inde $2^1/_3$ lin. longis; nervus medianus, apices, aristae scabri; arista 7 lin. longa; caryopsis $2^2/_3$ lin. longa, dorso carinata, ventre profunde sulcata, pili apicis breves; pedunculus secundi floris tertiam paleae partem aequans, glaber; pili breves ad basin floris fertilis.

Plantarum novarum Chilensium

Centuriae sextae pars.

Auctore

Rudolfo Amando Philippi,

hist. nat. in Universitate chilensi professore etc.

---

501. Danthonia collina Ph. D. culmis erectis, trinodibus, glabris; foliis vaginisque longe pilosis, radicalibus convolutis, setaceis, tertiam culmi partem aequantibus; vaginis foliorum caulinorum elongatis, ore dense pilosis; ligulis superioribus elongatis; foliis supremis vix pollicaribus; panicula contracta, spiculis 10—15 formata et glumis calycinis subaequalibus, lanceolato-subulatis, flosculos superantibus, fulvis, interdum violaceo-tinctis, inferiore distincte trinervia; flosculis circa 3, palea inferiore 5 lin. longa usque ad medium et profundius partita, bicuspidata, pilis longis albis, palea vix brevioribus undique cincta; arista 6 lin. longa.

In collibus apricis praedii mei *S. Juan* habitat. — Folia radicalia 4—6 poll. longa; nodi castanei, panicula $2^1/_2$—3-pollicaris; glumae 7 lin. longae, paleae 4 lin. longae, nempe 2 lin. usque ad insertionem aristae. — Differt a *D. picta* Nees, quacum vaginis pilosis convenit, paleis 4—5 lin. longis, vix nervosis, nec $3^1/_2$ lin. longis, 9-nerviis, arista 6 lin. nec modo 4 lin. longa, panicula ampliore etc.

502. Poa valdiviana Ph. P. perennis, dioica; culmis gracilibus, filiformibus 1—1 1/2-pedalibus, strictis, 2—3-nodibus; internodio ultimo longissimo, ante paniculam scabrinsculo; foliis anguste linearibus, convolutis, strictis; ligula brevissima, truncata; panicula angusta, contracta, sublobata, 2 1/2 — 3-pollicari, ramis erectis, ad summum 6 lin. longis, scabris; spiculis foemineis 2 — 2 1/2 lin. longis, lanceolatis, quadrifloris, omnino scabris; flosculis appressis; glumis ovato-lanceolatis, inferiore uninervia, superiore trinervia; paleis subaequalibus, oblique truncatis, trinerviis, ante apicem scariosum violaceis; palea superiore ovata, margine dense ciliata, vix 1/5 breviore.

In prov. *Valdivia*, loco *los Pantanos* dicto praedii mei S. Juan inveni.

503. Poa latifolia Ph. *). P. perennis, dioica; culmis tripedalibus; foliis radicalibus ultra pedem longis, 6 lin. latis, margine et nervo mediano scabris, sensim in apicem peracutum desinentibus; ligula brevi, truncata, lacera; panicula 10 poll. longa, satis densa; ramis quaternis, multifloris; spiculis 4 lin. longis, quadrifloris; glumis subaequalibus, spiculam subaequantibus acutis, margine scariosis; inferiore uninervia angustiore, acuta; superiore trinervia, obovato-oblonga; floribus foemineis basi pilosis; palea inferiore glumae superiori omnino aequali, sed distincte 5-nervi, in nervo mediano scabernula, caeterum glabra; superiore angusta acuta.

In monte *Cerro de Chonos* ad circa 1290 ped. s. m. legit cl. Dr. Fonk.

504. Poa chonotica Ph. P. perennis, dioica; culmo 1 1/2 —2-pedali, usque ad medium foliato; foliis complicatis,

---

*) Obs. *Poa latifolia* Forster est *Centotheca* Desv., *P. latifolia* Pohl vero *sudetica* Haenke.

subfalcatis, excepto margine laevissimis; radicalibus strictis erectis, vagina alba, nitida, et lamina modo 5 poll. longa, 4 lin. lata compositis; caulinis sensim decrescentibus, lamina ultimi modo pollicem longa; ligula brevi, truncata, lacera; panicula erecta, oblonga, 5-pollicari; ramis ternis binisve; spiculis $3^1/_2$ lin. longis, 2—3-floris, fere ut in priore, sed paleae medio violaceae, basi latiores et apicem versus angustatae.

Cum priore lecta est. Folia et basis culmorum fere ut in *Poa robusta* Steud.

505. **Festuca laxiflora** Ph. F. perennis, caespitosa, culmos fertiles sterilesque emittens; culmis $1^1/_2$-pedalibus; foliis elongatis, 2—$2^1/_4$ lin. latis, laevibus; supremis caulinis apice fere paniculam attingentibus, 2—$2^1/_2$-pollicaribus; vagina brevi, truncata, lacera; panicula 4—5-pollicari, laxa; ramulis solitariis, ultra medium nudis, inferioribus spiculas c. 4 gerentibus; spiculis 7 lin. longis, oblongis, subsexfloris; floribus distantibus; glumis inaequalibus, inferiore vix 2 lin. longa, fere subulata, superiore ultra 3 longa, trinervia, lineari; palea inferiore $4^1/_2$ lin. longa, lineari-lanceolata, quinquenervia, aristato-acuminata; superiore parum breviore, in nervis brevissime ciliolata; rhachi vix pubescente; ovario superius pubescente, atropurpureo.

Loco *S. Rafael* dicto peninsulae *Tres Montes* legit cl. Fonk. — Differt a *F. purpurascente* paleis $4^1/_2$, nec 3—$3^1/_2$ lin. longis, panicula pauciflora, ramis erectis, solitariis etc.

506. **Festuca scabriuscula** Ph. F. caespitosa, glauca, in omnibus suis partibus asperula; foliis omnibus setaceo-convolutis, fasciculorum sterilium tertiam culmi partem aequantibus, caulinis brevissimis; culmo $1^1/_2$-pedali, gracili, superius

nudo; panicula contracta, subsecunda, pauciflora; ramis binis, brevissculis; spiculis 4 1/2 lin. longis, 4—5-floris, scabris; glumis late lanceolatis, superiore fere ovata, trinervia, 2 lin. longa; palea inferiore 5-nervia, cuspidata sed non aristata, apice fulva, 3 lin. longa.

In collibus apricis provinciae *Valdiviae* inveni. — Folia radicalia 6 poll. longa; culmeum unicum, vagina quadripollicari et lamina 6—12 lin. longa constans; ligula brevissima biaurita; panicula 3-pollicaris. Differt a *F. glauca* paleis haud aristatis, scabritie omnium partium; a *F. compressifolia* Presl vero caule haud repente, ligula brevi, biaurita, neque ovata fimbriata, spiculis 4—5-floris neque 8-floris etc.

507. **Festuca robusta** Ph. F. caespitosa, culmo erecto, 1 1/2 — 3-pedali, foliis convolutis, extus laevissculis, intus pilis brevibus scabris; culmeis subtribus; ligula brevissima, truncata, glabra; panicula pedali stricta; verticillis inferioribus distantibus; ramis subquinis, valde inaequalibus; spiculis 6 lin. longis, oblongo-lincaribus, saepe violascentibus, scabris, 6-floris; gluma inferiore carinata, uninervia, superiore tertio majore, trinervia, dorso rotundata; palea inferiore fere 3 lin. longa, 5-nervia, acuminata, mutica; inferiore superiorem aequante; rhachi scabra.

In collibus prope *Santiago* in rupium fissuris. — Folia radicalia stricta, fere 1 1/2 pedem longa; stamina 3; caryopsin maturam non vidi. — Similis videtur *F. purpurascenti* Banks et Sol., sed differt: stolonibus nullis, ligula haud ciliata, brevissima, panicula pedali, stricta, haud divaricata, rhachi scabra sed non pubescente. A *F. procera* H. B. Kth., nimis breviter descripta, panicula haud secunda, ramis subquinis nec geminis, spiculis sexfloris haud novemfloris, aristis nullis satis distincta videtur.

508. **Poa violascens** Ph. P. perennis?, caespitosa? foliis radicalibus ....; culmis erectis, gracilibus, superius nudis; foliis culmeis distantibus, brevibus, una cum vaginis glabris; ligulis elongatis; panicula contracta, $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ poll. longa; ramis binis ternisve, brevibus, laevissimis; spiculis pedicello suo longioribus, $2\frac{3}{4}$ lin. longis, ovatis, 3—4-floris; glumis ovatis, acutis, violaceis, fere $1\frac{2}{3}$ lin. longis; palea inferiore glumam vix superante, ovata, acuta, viridula, superius fulva, margine hyalina, trinervia, in carina et nervis lateralibus, margini approximatis longe et lanuginoso-ciliata, rhachide glabra.

Prope *Arauco* invenit cl. Gay. Herb. Chil. no. 164. — Culmi 15, omnes parte radicali carentes, suppetunt; 9—11 poll. longi sunt, sed nodis duobus modo constant; ultimum internodium 5—6-pollicare; vaginae circa tertiam internodii partem occupant, folium antepenultimum 11 lin. longum, $1\frac{2}{3}$ lin. latum. — Differt a *P. holciformi*, quacum spiculis violaceis convenit, culmo superius nudo etc.; a *stenantha* culmo laevissimo, spiculis ovatis, a *chorizantha* spiculis trifloris, nec 4—5-floris, glumis, palcaque inferiore acutis.

Macroblepharus Ph. novum genus *Festucacearum* (μακρός longus, *βλέφαρον* ciliae).

Flores paniculati; panicula contracta, spicaeformis, lobata; spiculae minutae, compressae, octo- vel multiflorae; floribus distichis, patentibus; glumae duae, carinatae muticae; paleae duae membranaceae, glumis sublongiores, inferior ovata, subtruncata, mucronata, trinervia, nervo medio basi setis erectis brevibus armato, lateralibus margini approximatis, scabris; palea superior parum brevior, bicarinata, carinis longissime ciliatis; stamina ....; stigmata duo sessilia; caryopsis ovato-lanceolata, teres, glaberrima, intense rufa. — Genus ciliis

longissimis carinarum paleae superioris primo adspectu cognoscendum.

509. **Macroblepharus contractus** Ph. Annuus?, culmos steriles fertilesque simul emittens; folia radicalia nulla; culmi erecti, graciles, 1 — 1 1/2-pedales, basi 3/4 lin. crassi, trinodes; vaginae glabrae, ad os et praesertim ad ligulam longe pilosae; ligula subnulla; folia plana, 1 — 1 1/4 lin. lata, glabra; superiora longiora, fere 5 poll. longa; panicula 3 3/4 poll. longa, interrupte lobata; rami plerumque singuli, modo 4 lin. longi; spiculae 3 1/2 lin., glumae modo 1/2, palea major 3/4 lin. longa.

In valle de *Limari* dicta detexit cl. Gay. Herb. Chil. no. 129.

510. **Bromus collinus** Ph. Br. caespitosus, perennis, culmo erecto, 1 1/2 — 2-pedali; foliis planis, glabris, egregie ciliatis, 1 1/2 lin. latis; ligula brevissima, truncata; panicula 4 1/2 poll. longa, satis contracta; ramis rigidis, erectis, ternis quinisve, 1 — 3 spiculas gerentibus, spiculis erectis, subquadrifloris, 9 lin. longis, lanceolatis, virescentibus; glumis acuminatis, subulatis, glaberrimis, majore 3 lin. longa; palea inferiore 5-nervia, sub apice brevissime bilobulato aristata, basi pubescente, margine versus apicem sicut arista spinuloso-ciliato, caeterum laevi; nervo medio exterioribusque valde conspicuis, reliquis duobus subobsoletis; arista recta, bilineari; rhachi pubescente.

Prope *Santa Rosa* in prov. *Aconcagua* legit cl. Gay. Herb. chil. no. 196. — Differt a *Br. staminco* statura minore, foliis angustis, vaginis glabris, paleis quinquenerviis, nervis 3 valde prominentibus, nec novemnerviis, nervis omnibus parum conspicuis, rhachide haud glabra.

Obs. *Bromus staminens* Desv. est famosus ille *Bromus catharticus* Molinae, quem ipse *Guilno* vocat, quem vero

semper *Lanco* appellari audivi, jam a Feuilleo nomine *Gramen bromoides cathartícum* descriptus et figuratus, remedium domesticum frequentissime inter chilenses usitatum, quod monere utile duxi, cum de ejus usu et nominibus vernaculis apud cl. Gay altum silentium sit! — Caeterum haec species variat spiculis glaberrimis et aristis fere omnino obsoletis. In provinciis centralibus frequentissima est.

511. **Bromus valdivianus** Ph. Br. perennis, caespitosus; culmis erectis, 1 ½-pedalibus, superius nudis; foliis radicalibus angustis, pilosis, 6 poll. longis, 1 lin. latis; caulinis latioribus, vaginisque valde sulcatis, glabris; ligula foliorum superiorum triangulari, lacera, panicula 3 ½-pollicari, stricta, spiculis 8—15 composita; spiculis lanceolatis, 8 lin. longis, 4—5-floris, scaberulis, viridibus; glumis lanceolatis, nervosis, superiore 3 ½ lin. longa; floribus acute carinatis; palea inferiore 5 lin. longa, sub apice brevissime bilobulato aristata, novemnervia, nervis parum conspicuis; arista bilineari; rhachi scaberula.

✓In collibus apricis prov. *Valdiviae* frequens. — Differt a *Br. staminéo* foliis augustis, radicalibus pilosis, vaginis contra glaberrimis; panicula longe minore, spiculis omnino scabris; a *Br. collino* mihi vero paleis novemnerviis, scabris etc.

512. **Bromus Fonki** Ph. Br. perennis, culmo erecto, pedali, apice nudo, paucifloro; foliis angustis, pubescentibus; radicalibus 3 ½—4 poll. longis, vix 1 lin. latis; culmeis subtribus, ultimo 1 ½ poll. longo; ligulis superioribus oblongis, laceris; panicula stricta, contracta, ramis geminis vel solitariis, subunifloris; spiculis circa octo, 6—7 lin. longis, versus extremitatem dilatatis, dense veluntino-sericeis, 3—4-oris; glumis ovatis, acutis, inferiore quinquenervia, supe-

riore septemnervia, paleis fere duplo longiore?; palea inferiore 4 lin. longa, subenervia, integra, apice in aristam rectam, vix dimidiam paleam aequantem terminata; palea superiore inferiorem aequante.

In insula *Lemuy*, locis cultis invenit cl. Dr. Fonk. — Differt a *Br. picto* Hook. fil. spiculis modo 6—7 lin. longis, nec pollicaribus, numerosioribus, paleis omnino velutino-sericeis etc.

513. Chusquea breviglumis Ph. Ch. glaberrima; foliis floralibus lanceolato-linearibus, 3 poll. longis, 3 lin. latis, basi cuneatis, nervis principalibus 5; ligula brevi, truncata, glaberrima; spiculis 4 lin. longis, violascentibus; gluma inferiore obovata, brevissima; superiore ovata, acuminata, quartam vel ad summum tertiam partem floseuli sterilis adjacentis aequante; palea inferiore florum sterilium longe cuspidata, oblonga, trinervia, nervis parum prominentibus.

In Andibus dep. *Chillan* legit orn. Germain. Culmi secundum Germain orgyales, erecti, haud scandentes, apice ramosi. — Differt a *Ch. valdiviensi* Desv. glabritie et praesertim defectu pilorum ad os vaginarum, foliis angustioribus, basi cuneatis; gluma infima brevissima, vix $^1/_8$ lin. longa spiculis vero majoribus. Cum *Ch. Quila*, cui glumae aristatae, spiculam subaequantes sunt, nullo modo confundi potest.

514. Chusquea andina Ph. Ch. erecta, humilis, vix bipedalis; ramis fasciculatis, densissime foliosis; foliis coriaceis, 13 lin. longis, 2 — 2 $^1/_3$ lin. latis, 5-nerviis, nervo mediano valde prominente; ligula ovata; pedunculo communi dense pubescente, fere villoso; spiculis glaberrimis, nitidis, plerumque violaceis; glumis late ovatis, subaequalibus, quartam spiculae partem aequantibus; paleis floris hermaphroditi septemnerviis, apice acuminatis, nervis duobus lateralibus in apicem continuatis neque antea evanidis.

In Andibus depart. *Chillan* ad limitem nivis perpetuae occurrit. — Convenit cum *Ch. Colen* nervo mediano foliorum valde prominulo, sed forma folii longe acuminata valde discrepat et potius ut in *Ch. Cumingii* est; paleae omnes apice angustiores magisque cuspidatae sunt, quam in *Ch. Colen;* a qua praeterea statura humili primo adspectu differt.

515. **Elymus chonoticus** Ph. E. culmo robusto, tripedali; foliis planis, 5 lin. latis; ligula brevi; spica erecta, 5 — 6-pollicari; articulis basalibus rhachidis 6 lin. longis, altero latere planis, altero convexis; spiculis 8 lin. longis, 5-floris; glumis spicula brevioribus, 5-nerviis, in aristam glumae aequalem sensim attenuatis; palea inferiore fere a basi quinquenervia, apice biloba; arista ejus 11 lin. longa, paleam bis aequante.

Ad *S. Rafael* et *Portum Americanum* archipelagi Chonos invenit orn. Dr. Fr. Fonk. — Differt ab *E. antarctico* et *agropyroidi* paleis longe aristatis; ab *Andino* spiculis 5-floris, glumis 5-nerviis, longius aristatis, a *Gayano* arista longa glumarum et palearum.

516. **Acrostichum Fonki** Ph. A. frondibus lanceolato-linearibus, utrinque attenuatis, integerrimis, longe petiolatis, squamis fuscis ciliatis undique praesertim vero in pagina inferiore et in petiolo tectis; frondibus fertilibus conformibus, ant basi ovatis.

Ad originem fluminis Petrohue ex lacu *Todos los Santos* invenit cl. Dr. Fr. Fonk. — Frondes steriles 5 — 6 poll. longae, 6 1/2 lin. latae, petiolo 4 — 5 poll. longo fultae; frons fertilis 3 poll. longa, 6 lin. lata, pedunculo 3-pollicari insidens. — Simile *A. Gayano* sed squamis singularibus totam superficiem tegentibus facillime distinguendum.

517. **Lomaria bella** Ph. L. fronde sterili bipedali, oblonga, pectinato-pinnatifida; pinnis anguste linearibus, sen-

sim acuminatis; integerrimis, superius punctis elevatis, a nervorum extremitate formatis ornatis, pinnis infimis brevioribus, latioribus quam longis; frondis sterilis pinnulis fere filiformibus; paleis caducis.

In insula *Juan Fernandez* legit orn. Germain. — Pinnae circa 50, utrinque basi sese exacte tangunt; medianae fere 5 poll. longae, 6 lin. latae; nervuli simplicissimi, aut ima basi semel furcati. Cum nulla alia specie chilensi confundi potest.

518. **Lomaria uliginosa** Ph. L. frondibus sterilibus ambitu linearibus, longe stipitatis, pinnatifidis, glabris, apice haud elongatis; pinnis oblongis, obtusis, integerrimis, confluentibus, margine punctatis, infimis brevioribus, semiorbiculatis; pinnis frondium fertilium linearibus, obtusis; indusio membranaceo, integerrimo.

In peninsulae *Tres Montes* paludosis, loco S. Rafael dicto invenit cl. Dr. Fonk. — Frondes steriles 11 poll. longae, modo 8 lin. latae; stipes nigerrimus dimidium hujus longitudinis occupat, paleis nigerrimis caducis basi onustus est; rhachis demum lutea fit; pinnae utrinque circa 27. — Convenit cum *L. blechnoidi* pinnis basalibus difformibus, semiorbicularibus, etsi longe paucioribus, sed differt: stipite elongato, pinnis longe brevioribus, angulum rectum cum rhachide formantibus, fertilibus confertis. A *L. Gayana* differt: stipite elongato, nigro, pinnulis sterilibus inferioribus difformibus, reliquis minus confertis.

519. **Pteris Fernandeziana** Ph. Pt. fronde novempollicari, ambitu triangulari, tripinnatifida, membranacea; pinnis ovato-lanceolatis, decrescenti-pinnatifidis, acutis; lobulis oblongis, obtusiusculis, tenuissime dentato-crenulatis, infimis basi lobulatis; indusiis viridibus, margine lacero-dentatis; stipite basi paleaceo.

In insula *Juan Fernandez* invenit orn. Germain; ubi rara videtur. — Stipes modo 3—3 ½ poll. longus, basi modo ¾ lin. crassus; frons 6 poll. longa, 7 lin. lata, pinnae primariae utrinque 5, inferiores pinnulis secundariis circa 6; lobi vix 5 lin. longi, 2 lin. lati; venae a nervo mediano loborum oriundae semel furcatae. — Differt a *Pt. chilensi* fronde multo minore, longe minus divisa.

520. Pteris semiadnata Ph. Pt. fronde elata, membranacea, bipinnatifida, triangulari; pinnulis linearibus, falcatis, longissime acuminatis, basi cum dimidio inferiore sessilibus, dimidio superiore libero; venis pinnatis; numerosissimis, semel furcatis; margine frondis fertilis integerrimo, frondis sterilis vero serrato.

In insula *Juan Fernandez* legit orn. Germain, prope *Puerto Montt* cl. Dr. Fr. Fonk. — Stipes pedalis, albidus, basi fuscus et paleaceus, mox nudus; frons 14 poll. longa, totidem lata, et major; pinnae duae inferiores iterum pinnatae, et quidem prima subquadrijuga cum impari, sequens 1 — 2-juga; pinna tertia jam simplex, 5 poll. longa, 9 lin. lata; dentes in apice elongato pinnularum duplo majores quam in reliqua parte marginis; venae medianae albae.

521. Cheilanthes valdiviana Ph. Ch. fronde lineari, bipinnatifida, subdecemjuga, stipite longiore; pinnis ovatis, subquadrijugis, basi bipinnatis; lobulis oblongis, semel vel bis crenatis, aut suborbicularibus, integerrimis, discretis; paleis stipitem occupantibus perangustis, elongatis, fere piliformibus; indusiis scariosis, margine laceris.

Prope *Huancague* in prov. Valdivia legit cl. Gay. Herb. chil. no. 2450. — Stipes 20 lin. longus, frons 30 lin. longa, 6 lin. lata; lobuli ultimi vix 1 lin. longi et lati; pinnae inferiores fere 6 lin. inter se distantes, 5 lin. longae, 3 lin.

latae; paleae ultra 1 lin. longae. — Cum *Ch. chilensi* confundi non potest.

522. Polypodium Masafuerae Ph. P. caudice repente, paleaceo-piloso; frondibus vix coriaceis, pinnatifidis, longe stipitatis; stipite et pagina inferiore paleaceis, paleis caducis; lobis frondis satis distantibus, oblongo-linearibus, obtusis, crenulatis; soris biserialibus; nervis praeter medianum loborum haud conspicuis.

In insula *Masafuera* a Germainio lectum est. — Pars nuda stipitis 18 — 20 lin. longa; frons ipsa tres poll. longa et 13 lin. lata est; pinnae utrinque 6 — 7. — Valde similis et *P. squamato* mihi, quod in litore deserti Atacamensis legi, et forte ambo modo formae extremae, altera in loco sicco, altera in aëre insulari humidissimo producta, sunt. Sed *P. Masafuerae* longe minus coriaceum, paleae magis distantes, mox deciduae, ita ut pagina inferior nunquam dense squamata appareat; puncti impressi marginales nulli; sori nunquam confluentes, paginamque inferiorem omnino occupantes sunt.

523. Phegopteris vestita Ph. Ph. fronde robusta, ambitu ovali, tripinnatifida, subtus in nervis pilosa; pinnis alternis, lanceolatis, longe acuminatis; pinnulis linearibus, pinnatifidis, acuminatis, apice ipso obtusiusculo; lobis alternis, oblongis, obtusis, margine revolutis, apice confluentibus; soris uniseriatis, sporangiis subglobosis; stipite flexuoso rhachique dense puberulis, cinerascentibus, et praeterea subtus squamis elongatis, nigricantibus vestitis.

In sinu *Reloncavi*, ad portum *Montt* legit cl. Dr. Fr. Fonk. — Pinnae in fragmento quod ante oculos habeo, 8 — 9 poll. longae, fere $3^1/_2$ poll. latae; pinnulae 2 poll. longae, $^3/_4$ poll. latae, lobi 5 lin. longi, 3 lin. lati. — Species

alternatione pinnarum, pinnularum, loborumque, nec non tegumento duplici stipitis facillime dignoscenda.

524. **Polystichum andinum** Ph. P. fronde 3—6-pollicari, lineari, bipinnatifida; pinnulis ovatis, imbricatis, laciniis ovatis, obtusis; stipite brevi, rhachi nervisque primariis paleaceis; soris magnis, orbicularibus, apicem frondis occupantibus; sporangiis longe pedicellatis.

In prov. *Valdiviae* Andibus, vulcano de Borno dicto oppositis ad limitem nivis perpetuae inveni, ubi rarum videtur. — Frondes coriaceae 4 poll. longae, vix 13—14 lin. latae, fere a basi bipinnatifidae; pinnae subpetiolatae aut basi solutae, majores 6 lin. longae, $4^1/_2$ lin. latae, obtusae, parum profunde incisae vel denticulatae. — Simile *P. elongato*, sed pinnis modo pinnatifidis, haud pinnatis, longe brevioribus, latioribus, laciniis latis, obtusis, longe paucioribus, imbricatis, statura longe minore distinctum est.

525. **Hymenophyllum densifolium** Ph. H. fronde humili, simpliciter pinnata; pinnis confertissimis, imbricatis, secundis, oblongis, complicatis, subfalcatis, integerrimis; nervo mediano paleaceo-hirsuto; capsulis terminalibus 1—8, basi paleaceo-hirsutis; valvis receptaculi ovatis, apice denticulatis, columna inclusa.

In insulis archipelagi *Chonos* dicti invenit cl. Dr. Fr. Fonk. — Frondes e caudiculo repente more solito surgentes, erectae, ad summum 8 lin. longae; stipes nudus vix 1—2 lin. longus; pinnae in speciminibus majoribus utrinque 12—16, 2 lin. longae, 1 lin. latae; receptacula $1^1/_4$ lin. longa; valvulae ultra medium connatae.

526. **Lycopodium chonoticum** Ph. L. repens; foliis tetrastichis, acutis, crassis; spicis ramulos breves terminantibus, geminis, erectis; bracteis appressis, scutellatis; sporangiis reniformibus, pedicello bracteārum insertis.

In insula quadam Archipelagi *Chonos* invenit cl. Dr. Fonk. — A *L. paniculato* Remy apud Gay caule repente, duplo crassiore, haud sulcato, spicis haud paniculatis abunde differt; a *L. conferto* vero foliis obscure viridibus, apice haud nigris, tetrastichis, neque secundis, spicis geminis pedunculatis etc. discriminatur.

527. **Proustia cinerea** Ph. Pr. fruticosa, orgyalis, cinerea; ramis novellis apice dense puberulis, velut farinosis; foliis oblongis, integerrimis, rarissime utrinque uno alterove dente munitis, obtusiusculis, in petiolum brevissimum sensim attenuatis, supra glabriusculis, subtus cinereo-tomentosis; panicula serotina, pyramidali, spinescente; capitulis sessilibus; squamis involucri ovatis, glabris; floseulis 4—5; achaeniis trigonis, albo-sericeis; pappi albi vel basi violacei, brevis, setis apice vix incrassatis, haud penicillatis.

In colli *S. Cristóval*, urbi Santiago proximo, frequentissima. Folia 3 poll. longa, 8 — 9 lin. lata, sub tempus florendi sero autumno jam omnia decidua; panicula 4 poll. longa, 4 lin. lata; rami ramulique sub angulo recto proficiscentes, spina terminati, ut in *Pr. pungente*, *Pr. Tipia* mihi. — Differt a *Pr. baccharoidi* ramis extremis minime glutinosis, foliis fere omnibus integerrimis nec spinuloso-dentatis, cinereis nec subtus niveis; pappo apice haud penicillato; a *Pr. pungente* pubescentia, foliorum forma etc.

528. **Gentiana modesta** Ph. G. annua, caule humili, erecto, pollicari; foliis linearibus, versus apicem rotundatum paullo latioribus, caulinis brevioribus, fere oblongis; floribus 1—2 terminalibus, sessilibus; calycis usque ad basin partiti laciniis perfecte linearibus, acutis; corolla calycem sesquies aequante, alba? imberbi, quinquefida; laciniis ovato-oblongis, acutiusculis, erectis; staminibus ovarioque calycem aequantibus; stigmatibus sessilibus.

In insulis *Chonos* dictis ad altit. circa 800 ped. s. m. specimina duo invenit cl. Dr. Fr. Fonk. — Folia radicalia 4 lin. longa, $^3/_4$ lin. lata; caulina 3 lin. longa, 1 $^1/_4$ lin. lata; calyx 3 lin. longus.

529. Veronica Fonki Ph. V. fruticosa, 8-pedalis, glaberrima; foliis oppositis, subsessilibus, lineari-lanceolatis, longe acuminatis, subintegerrimis, in parte superiore marginis licet glandulis s. denticulis minimis, distantibus muuitis, praeter nervum medium aveniis; racemis axillaribus, multifloris, folium superantibus; bracteis minutis; pedicellis calycem fere 4-partitum aequantibus; corollae parum apertae tubo brevi, calycem aequante, laciniis lanceolatis; genitalibus corollam aegre superantibus; capsulis cernuis, calycem fere bis aeqnantibus (ut in sectione *Hebe*), seminibus parvis, compressis, laevibus.

„En las playas y barrancas de *Chonos*“, in litore et valleculis, legit cl. Dr. Fr. Fonk. — Folia 4 poll. longa, 8 $^1/_2$ lin. lata, internodia ter aequantia, in medio latiora, versus basin attenuata, et abrupte in petiolum brevissimum, alatum terminata, apicem versus longe cuspidata; calyx 1 $^2/_3$ lin., corolla 3 $^1/_4$ lin. longa.

Untersuchungen über diejenigen Zellen des dikotylen Holzkörpers, welche, ausser den Markstrahlen, im Winter assimilirte Stoffe führen,

VOII

C. Sanio.

(Hierzu Taf. I.)

So wichtig die Kenntniss derjenigen Zellen des Holzkörpers, welche dazu bestimmt sind, die während der Vegetationszeit gebildeten assimilirten Stoffe, namentlich Stärkemehl, aufzunehmen, um sie im Frühjahr wieder in Lösnng zu bringen, und sie dem lediglich auf seine Wintervorräthe angewiesenen Holzgewächse zur Entfaltung seiner vorzüglichsten Assimilationsorgane, der Blätter, wieder zu Gebote zu stellen, für die Physiologie der Holzpflanzen ist, so ist man doch bis jetzt keineswegs damit zu einem befriedigenden Abschlusse gelangt.

Schon Moldenhawer jun.[1]) wusste, dass in den Holzzellen der Wurzel von *Laurus Sassafras* feste, runde, solide Körner vorkommen; er fand ferner, dass in den Holzzellen des Weinstocks („fibröse Röhren des Holzes") dieselben im Herbste in Menge entstehen, im Frühjahre sich wieder auflösen und allmählig verschwinden. Er wusste freilich nicht, dass die „festen, runden, soliden Körner" Stärke sind.

---

1) Moldenhawer, Beiträge p. 66.

In den Schriften späterer Anatomen habe ich nur spärliche Angaben über diesen Gegenstand gefunden. So sagt Meyen[1]), dass fast niemals in den Prosenchymzellen Bildungen der Art, wie man sie in den Parenchymzellen findet (nämlich Stärke), vorkommen. Aehnlich äussert sich auch Schleiden[2]).

Nach Schacht[3]) „führen die wirklichen Holzzellen, mit Ausnahme des jüngsten Holzes im Herbste und Winter(?), *niemals* Stärkemehl." Aus dem beigefügten Fragezeichen, wie aus einer weitern Stelle (l. c. p. 204 unten), ersehe ich aber, dass Schacht sich bei dieser Angabe auf keine sicheren Erfahrungen beziehen konnte.

Nach Karsten[4]) führen die Holzzellen der *Cecropia peltata* während des lebhaften Wachsthums in der Regenzeit Stärke.

Schacht[5]) beschreibt indess eine andere Zellenart im Holzkörper einiger Holzpflanzen, welche Stärke führt, und die er *Holzparenchym* nennt. Es unterscheidet sich dasselbe nach seiner Angabe von den Holzzellen durch die geringe Länge, durch die nicht zugespitzten, sondern wagrechten Endigungen und durch den Inhalt; das Holzparenchym führt sehr

---

1) Meyen, Pflanzenphysiologie Bd. I. p. 247.

2) Schleiden, Grundzüge. I. p. 331.

3) Schacht, die Pflanzenzelle p. 193.

4) Karsten, über den Bau der *Cecropia peltata* in Nova Acta Acad. L. C. N. C. Vol. XXIV. Pars I. p. 84. Die Richtigkeit dieser Angabe möchte ich bezweifeln, da nach allen meinen Beobachtungen die Stärke sich gerade bloss für den Winter (also für die Zeit der ruhenden Vegetation) im Holzkörper ansammelt, um sich beim Beginn der Vegetationszeit wieder aufzulösen. Es ist mir wahrscheinlich, dass Karsten die *Cecropia peltata* gegen das *Ende* der Vegetationszeit untersucht hat, als sich die Stärke wieder einzufinden anfing.

5) Schacht, die Pflanzenzelle p. 193 u. 205.

häufig Stärkemehl, selten Luft; es erscheint sowohl getüpfelt als porös, seine Verdickungsschichten zeigen nicht selten Spiralbildung. Bei *Spartium* und *Ulex* sollen Tüpfel und Spirale gleichzeitig vorhanden sein, bei *Viscum* erstere fehlen.

In seinem spätern Werke „der Baum“ hat Schacht [1]) weitere Angaben über das Holzparenchym gemacht. Danach soll es bei *Carpinus Betulus* (p. 207), *Acer campestre*, *Fraxinus excelsior* (p. 208), bei der Wallnuss (p. 209), Erle, Hasel, Pappel, Weide, Birke (p. 217) fehlen. Bei der Buche kommt das Holzparenchym sparsam vor (p. 207), bei *Ulmus campestris* ist es gleichfalls vorhanden (p. 208) und besitzt deutliche Spiralbänder (p. 218); bei dem Apfel- und Birnbaume bildet das Holzparenchym abwechselnde Bänder mit den Holzzellen, bei dem Kirsch- und Pflaumenholze ist das Holzparenchym schwächer vertreten (p. 209), bei *Vitis vinifera* sind die Querwände des Holzparenchyms sehr zart, bei *Platanus occidentalis* kommt ein Holzparenchym vor, das nur auf dem Querschnitte sichtbar ist (p. 213); *Viscum*, welchem Schacht bisher nur Tüpfel beigelegt hatte, wird in diesem Buche auch mit deutlichen Spiralbändern beschenkt (p. 218).

Die zahlreichen Irrthümer, die Schacht durch diese Angaben gemacht, werden im speciellen Theile ihre Erledigung finden.

Indessen sind diese parenchymatischen, im Winter sich mit Stärke füllenden Zellen nicht erst in der Neuzeit aufge-

---


XV. Phyllocalyx Bg. l. c. p. 306.

Pag. 307 post Phyllocalycem tomentosum inseratur:

2.b./22. *Ph. Riedelianus* Bg. in Mart. Fl. Bras. Mant. II. no. 2.b./22.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

Pag. 308 post Phyllocalycem strictum inseratur:

10.b./23. *Ph. Regelianus* Bg. l. c. no. 10.b./23.

In Brasiliae prov. Goyaz (Riedel).

Pag. 308 post Phyllocalycem grandifolium inseratur:

16.b./24. *Ph. pubescens* Bg. l. c. no. 16.b./24.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

Ibidem post Phyllocalycem racemosum addatur:

20. *Ph. ligustrinus* Bg. l. c. no. 20.

In Brasilia (Riedel).

21. *Ph. cupreus* Bg. l. c. no. 21.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

XVI. Stenocalyx Bg. l. c. p. 309.

Pag. 311 post Stenocalycem Pitangam inseratur:

15. b./44. *St. impressus* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 15. b./41.

In Brasilia (Riedel et Langsdorff).

Pag. 312 post Stenocalycem xanthoxyloidem inseratur:

27. b./45. *St. protractus* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 27. b./42.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

37. b./46. *St. Langsdorffii* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 37. b./42.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

Pag. 315 post descriptionem Stenocalycis Pseudopsidii inserantur:

42. *St. Portoricensis* Berg; ramulis novellis sericeo-strigosis; foliis petiolatis, membranaceis, ovatis v. ovato-oblongis, obtusiuscule acuminatis, basi rotundata breviter acutis, glaberrimis, junioribus impunctatis, diaphano-reticulatis, adultis rarissime pellucido-punctatis, utrinque tenuiter sed manifeste reticulato-venosis, irregulariter arcuatimque duplicato-limbinerviis; pedicellis e gemma 2—4, singulis oppositis, glabris; germine laevi, glabro, biloculari; bacca ovali-globosa, sepalis ovato-oblongis, obtusis, ciliolatis coronata, 1-sperma.

Eugenia Portoricensis DC. l. c. p. 266. — Bg. in Linn. XXVII. p. 180.

Rami teretes; ramuli compressi. Folia opposita; novella tenuissima, adulta rigidiora, sed omnino membranacea; subtus pallidiora, opaca; petiolo 2‴ lg.; lamina 2—3‴ lg., 12—

20‴ lt.; nervo medio supra impresso, subtus elevato; venis tenuibus, erecto-patulis venulisque interjectis reticulatis utrinque prominulis. Pedicelli 8 — 12‴ lg., filiformes, laterales bractea fulti, axillares 2-ni, terminales 4. Germen biloculare, multiovulatum. Sepala 4, in alabastro globum petalorum superantia et includentia, majora 1 — 1 ½‴ lg. Petala 4, obovata, ciliolata. Stamina ¾‴ lg. Stylus 1‴ lg. (v. florifer. in herb. Kunth, defloratam in herb. Sonder., fructiferam in hb. Berol.).

In insulis Porto-Rico (Bertero) et St. Cruz (ex Vahlio in hb. Berol.).

43. *St. Patrisii* Bg. gemmis ramulisque novellis pilosiusculis; foliis breviter petiolatis, membranaceis, demum chartaceis, ovali-oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis, glabris, minute pellucido-punctatis, costatis, reticulatis, longa a margine distantia arcuatim duplicato-limbinerviis; gemmis axillaribus et subterminalibus, 2 — 6-floris; pedicellis oppositis, gracilibus; sepalis ovato-oblongis, ciliolatis.

Eugenia Patrisii Vahl Ecl. am. II. p. 35. — DC. Pr. III. p. 266; Mem. Myrt. pl. 20. — Bg. in Linn. XXVII. p. 177.

Eugenia pyriformis Poiteau.

Myrtus Patrisii Spreng. Syst. II. p. 480.

Rami teretes, exophloeo soluto rufi, rugosi; novelli compressi, basi floriferi, apicem versus foliiferi. Folia opposita; petiolo 1 — 1 ½‴ lg.; lamina 4 — 5″ lg., 20 — 25‴ lt.; nervo medio supra sulcato, subtus elevato; venis erecto-patulis, utroque latere 6 — 8, late distantibus, supra prominulis, subtus prominentibus, antrorsum adscendentibus, arcubus amplis anastomosantibus; venulis interjectis tenuioribus, reticulatis, utrinque prominulis. Gemmae 4-fariam imbricatae, squamis linearibus strigosis. Pedicelli 4 — 10‴ lg. Alabastra

2‴ lg., bracteolis 2, subulatis, caducis stipata. Sepala 4. reflexa, majora $^3/_4$‴ lg.. Stylus 2‴ lg. (v. in hb. Kunth.).

Habitat in Guiana Gallica (Poiteau).

XVIII. Mitranthes Bg. l. c. p. 316.

1. *Uniflorae.* Pedunculi axillares solitarii uniflori.

1. ***M. Gardneriana*** Bg. in Linn. p. 316.

2. ***M. Browniana*** Bg. in Linn. p. 316.

3. ***M. eugenioides*** Bg. in Linn. p. 317.

4. ***M. ovalifolia*** Bg. in Linn. p. 317.

5. ***M. Sartoriana*** Bg. ramulis, gemmis, petiolis, pedunculis puberulis; foliis petiolatis, chartaceis, ovato-oblongis, acuminatis, basi obtusis v. breviter acutis, discoloribus, glabris, utrinque creberrime glandulosis, pellucido-punctatis, subaveniis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-floris, folio brevioribus; alabastris pyriformibus, ad verticem germinis 3-locularis constrictis; operculo hemisphaerico; petalis 4.

Arbuscula ramulis gracilibus, teretibus; novellis compressis. Folia opposita, saepe recurvato-acuminata, siccata supra atrovirentia, subtus fuscescentia; lucem versus venosa; petiolo 1‴ lg.; lamina 10—21‴ lg., 4—9‴ lt. Pedunculi 5—6‴ lg. Alabastra 3‴ lg.; bracteolis stipantibus caducis. Hypanthium supra germen multiovulatum. Operculum interdum apiculatum. Petala subrotunda, concava, ciliolata.

Maxime affinis *Mitr. Gardnerianae*, sed distincta: foliis rigidioribus, basi obtusis v. breviter acutis, subaveniis; pedunculis axillaribus, brevioribus; petalis subrotundis.

Prope Mirador (C. Sartorius).

2. *Corymbosae.* Pedunculi corymbosi v. cymosi 1—3-flori v. dichotomi; calyptra irregulariter rumpens.

6. ***M. Ottonis*** Bg. in Linn. l. c. p. 316.

7. *M. Langsdorffii* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 5.
In Brasiliae prov. Bahia (Riedel; Blanchet no. 2309).
8. *M. Riedeliana* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 6.
In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

XIX. Calycorectes Bg. l. c. p. 317.

Pag. 319 post Calycorectem Schottianum addatur:

5. *C. Riedelianus* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 3.
In Brasiliae prov. Bahia (Riedel; Blanchet, no. 2340).
6. *C. Martianus* Bg. l. c. no. 4.
In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel et Langsdorff).
7. *C. Langsdorffii* Bg. l. c. no. 5.
In Brasiliae prov. Bahia (Riedel).

XX. Schizocalyx Bg. l. c. p. 319.

XXI. Myrciaria Bg. l. c. p. 320.

Pag. 326 post Myrciariam delicatulam inseratur:

17. b./62. *M. ferruginea* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 10. b/43.
In Brasilia (Sello).

Pag. 327 post Myrciariam lanceolatam inseratur:

19. b./63. *M. Riedeliana* Bg. l. c. no. 11. b./44.
In Brasiliae prov. Para (Riedel).

Pag. 332 post Myrciariam tolypantham inseratur:

44. b./64. *M. perforata* Bg. l. c. no. 32. b./45.
In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Gaudichaud, Riedel).

Ibidem post Myrciariam axillarem inseratur:

49. b./65. *M. longipes* Bg. l. c. no. 36. b./46.
In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

XXII. Syzygium Gaertn. — Bg. l. c. p. 338.

XXIII. Jambosa Rumph. — Bg. l. c. p. 340.

XXIV. Siphoneugena Bg. l. c. p. 344.

XXV. Hexachlamys Bg. l. c. p. 345.

XXVI. Aulacocarpus Bg. l. c. p. 345.

Subtribus III. **Pimentoideae** Bg. l. c. p. 347.

XXVII. Calyptropsidium Bg. l. c. p. 349.

XXVIII. Psidiopsis Bg. l. c. p. 350.

XXIX. Psidium L. — Bg. l. c. p. 352.

Pag. 354 post Psidium myrsinoides inseratur:

5. b./92. *Ps. campomanesioides* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 520.

In Brasiliae prov. Amazonas (R. Spruce no. 2670).

5. c./93. *Ps. Langsdorffii* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 4. c./68.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

5. d./94. *Ps. umbrosum* Bg. l. c. no. 4. d./69.

In Brasiliae prov. Para (Riedel).

Pag. 356 post Psidium Mengahiense inseratur:

14. b./95. *Ps. glaucescens* Bg. l. c. no. 12. b./70.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

Pag. 360 descriptioni *Psidii Oerstedeani* addatur:

Frutex parvus Mexicanus fere omnino quadrat cum specimine olim ab Ill. Oerstedeo in prov. Guanacarte lecto, sed folia infima ramulorum magis orbicularia, pedunculis breviora apparent.

In savannis Mexicanis prov. Veracruz prope Mirador, florebat mensibus, quibus imbres continui deferuntur (C. Sartorius).

Pag. 110 post Psidium elegans inseratur:

28. b./96. *Ps. basanthum* Bg. l. c. no. 21. b./71.

In Brasiliae prov. St. Pauli (Riedel).

47. *Ps. Guayava* Raddi, Bg. in Linn. XXVII. p. 366.

Varietas pomifera habitat prope Mirador in prov. Veracruz (C. Sartorius).

49. *Ps. Araça* Raddi, Bg. in Linn. XXVII. p. 367.

Frutex parvus, tomentellus, foliis 2″ lg., 1 — 5/4″ lt., pedunculis 1-floris, 7 — 8″ longis.

In savannis Mexicanis provinciae Veracruz prope Mirador, floret mensibus, quibus imbres continui deferuntur (C. Sartorius).

Pag. 369 post Psidium ooideum inseratur:

53.b./97. *Ps. oblongifolium* Bg. l. c. no. 37.b./72.

In Brasiliae prov. St. Pauli (Riedel).

Pag. 372 post Psidium radicans inseratur:

65.b./98. *Ps. Riedelianum* Bg. l. c. no. 47.b./73.

In Brasiliae prov. St. Pauli (Riedel).

Pag. 374 post Psidium persicifolium inseratur:

76.b./99. *Ps. Paranense* Bg. l. c. no. 57.b./74.

In Brasiliae prov. Parana (Riedel).

Ibidem post Psidium acutangulum inseratur:

80.b./100. *Ps. alatum* Bg. l. c. no. 61.b./75.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

Pag. 375 post Psidium oligospermum inseratur:

82.b./101. *Ps. Macahense* Bg. l. c. no. 62.b./76.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

Pag. 377.

† *Species non satis nota.*

91. *Ps. Donianum* Bg. Mart. Fl. Br. p. 520.

Habitat in Brasiliae prov. Maranhaô (G. Don no. 102).

XXX. Calycolpus Bg. l. c. p. 378.

XXXI. Ugni Turcz. — Bg. l. c. p. 384.

Pag. 386 descriptioni Ugni Poeppigii addatur synonymum:

Myrtus Ugni β. angustifolia Phil. hb. no. 379. — Bg. in Bot. Zeitg. XV. p. 857.

2.b./11. *U. lanceolata* Bg. in Bot. Zeitg. XV. p. 857.

Myrtus Ugni var. *parvifolia* Ph. hb. n. 380. — Bg. in Bot. Zeitg. XV. p. 857.

In Chili.

XXXII. Myrteola Bg. l. c. p. 393. — Bg. in Linn. XXVII. p. 393.

Pag. 394 ad *Myrteolam bullatam* adde varietates *α.* et *β.* Bot. Zeitg. XV. p. 858.

Pag. 397. lin. 3 adde: Bg. in Bot. Zeitg. XV. p. 858.

Ibidem post descriptionem *M. nummulariae* inseratur:

7. ***M. Philippii*** Bg. in Bot. Zeitg. XV. p. 859.

Myrtus nummularia Philippi Bot. Zeitg. XV. p. 399. exc. synon.

In Chili.

8. ***M.? humifusa.***

Eugenia humifusa Philippi in Linn. XXVIII. p. 639.

In Chili.

9. ***M. Barneoudii*** Bg.; caule prostrato, non radicante; ramulis bifariam puberulis; foliis subsessilibus, ovalibus v. oblongo-ovalibus, obtusis v. obtusatis, margine recurvis, glaberrimis, rugulosis, supra impresso-glandulosis, 1-nerviis; pedunculis solitariis, 1-floris, folium subaequantibus; germine costato, 1-loculari, sporophoris parietalibus; sepalis petalisque 5; staminibus 15.

Caulis filiformis, ramosus. Ramuli adscendentes. Folia opposita, adulta subtus epidermide a mesophyllo soluta exacte bullata, juniora pellucido-punctata, 1 — 3‴ lg., ¾ — 2‴ lt. Pedunculi 4-goni, minutissime bifariam puberuli, 1 — ⅝‴ long. Germen oblongum, glabrum, sporophoris parietalibus, bilamellatis, brevibus, pluriovulatis, bracteolis 2, linearispathulatis, obtusis, ¾‴ lg. stipatum. Sepala 5, 4 ex latiore basi obtuse angustatis, ½ — ¾‴ lg., 5to petaloideo,

obovato, 1‴ lg. Petala 5, obverse oblonga, 1‴ lg. Stamina recta, 1 ½‴ lg. Stylus 1 ½‴ lg., stigma capitatum. Bacca ovali-globosa, calyce coronata, 2‴ diametro (v. in herb. hort. bot. Petrop.).

.. Differt ab *Myrteolis oxycoccoide*, *nummularia* et *repente*: ramulis puberulis, ab *M. vaccinioide*: habitu, indumento multo tenuiori; ab *M. bullata*: habitu, floribus 5-meris; ab *M. Philippii*: ramulis bifariam puberulis, foliis duplo brevioribus.

In Chili (Hannemann).

XXXIII. Myrtus Tournef. — Bg. l. c. p. 397.

Pag. 398 post descriptionem Myrti Barneoudii inserantur:

1. b./41. *Myrtus? repens* Phil. Bot. Zeitg. XV. p. 400. exc. syn. — Bg. ibidem p. 859.

In Chili.

1. c./42. *Myrtus acerosa* Berg; ramulis, foliis subtus ad costam, pedunculis, alabastris nigrescenti-strigosis; foliis parvis, angustis, rigidis, brevissime petiolatis, omnino revolutis, incurvis, ex cordata basi sensim acutis, apice cartilagineo, supra nitidis, rugulosis, minute puberulis, impresso-glandulosis, 1-nerviis; pedunculis ad apices ramulorum axillaribus, 1-floris, folio paulo brevioribus; germine 2 — 3-loculari; sepalis 5, oblongis, acutiusculis. ♄.

Ramosissima, ramis exophloeo albido delapso rufis, ramulis gracilibus, pilis curvatis, demum canis dense obtectis. Folia opposita, perennantia, postremo cum rhytidomate delabentia, cano-virentia; petiolo ¼‴ lg.; lamina (statu nativo) fere sagittata, 3‴ lg., ¼ — ½‴ lt. (artificiose explicata), 1⅝‴ lat., subtus puberula, nervo strigosa, basi latiore truncato-cordata, antrorsum sensim augustata. Pedunculi solitarii 2‴ lg. Alabastra obverse oblonga, 1 ½‴ lg., bracteo-

lis 2, anguste spathulatis, planis, 3-nerviis, subtus strigosis; 1‴ lg. stipata.... Germen inferum, 2—3-loculare, loculis 2-ovulatis. Sepala 5, plana, in alabastro fere erecta, obtuse cartilagineo-apiculata, $^3/_4$‴ lg., interdum quinto minore. Petala 5, suborbicularia, ciliolata, 5-nervia, sepalis parum longiora. Stamina 48 v. plura, antheris ovalibus, apice glandula instructis (v. in herb. hort. bot. Petrop.).

Maxime affinis *Myrteolae microphyllae*, sed distincta: foliis totis involutis, floribus pentameris, staminibus numerosis, sepalis oblongis.

Habitat ad Bajasan (Fielding, no. 1448).

Pag. 399.

2. *M. Coquimbensis* Barn.; ramulis, foliis subtus, pedunculis, alabastris breviter velutinis; foliis petiolatis, crassis, margine reflexis, utrinque obtusis, supra puberulis, adultis supra viridi-caerulescentibus, obsolete venosis; pedunculis axillaribus, solitariis, 1-, rarissime 2 — 3-floris; germine costato, biloculari; sepalis 5, subrotundis, utrinque velutinis; bacca biloculari. Variat:

α. *genuina* Bg.; foliis superioribus ovali-oblongis, subtus fulvo-velutinis, inferioribus subrotundis, supra impresso-, impellucido-punctatis, subglabratis; pedunculis 1-floris, folio duplo brevioribus; staminibus quam petala brevioribus.

Myrtus Coquimbensis Barn. in Gay hist. Chil. Bot. II. p. 382. — Bg. in Linn. XXVII. p. 399.

Frutex 2 — 3-pedalis, ramosus; rami teretiusculi, superne compressi. Folia opposita; petiolo 1‴ lg.; lamina 6 — 9‴ lg., 2 — 6‴ lt.; nervo medio supra planiusculo, subtus elevato; venis oblitteratis. Pedunculi 3‴ lg. Stylus 3‴ long. Bacca (ex Barn.) rubra, pubescens, biloculatis, disperma (v. deflorat. in herb. Kunth.).

β. rotundifolia Bg.; indumento tenuiore; foliis omnibus subrotundis, annotinis creberrime elevato-, pellucido-punctatis; pedunculis folium aequantibus, 1 — 3-floris v. floribus plane sessilibus; staminibus petala superantibus.

Rami nigricantes, puberuli; ramuli fusci, superne compressi. Folia opposita v. sparsa; petiolo 1‴ lg.; lamina 4 — 8‴ lg., 4 — 7‴ lt.; nervo medio planiusculo; venis tenuibus, subdivaricatis. Pedunculi 5 — 9‴ lg. v. plane deficientes. Alabastra pyriformia, sub calyce constricta, 4‴ lg., bracteolis 2, linearibus, 1‴ lg., decidnis stipata. Germen turbinatum, argenteo-velutinum, disco planiusculo, glabro terminatum, sporophoris 2, parietalibus, bilamellatis, centro discretis, biloculare, pluriovulatum. Sepala 5, subrotunda, $^5/_4$‴ lg. Petala 5, subrotunda, ciliata, 2‴ lg. Stamina plurima, 3‴ lg. Stylus 3‴ lg. (v. in herb. Berol. ex coll. Phil. no. 377, nec non in hb. Kunthiano).

Species habitu maxime differt ab *Eug. ferruginea!*

In Chili.

Pag. 399.

3. *Myrtus Gayana* Bg. in Schldl. et Mohl Bot. Zeitg. XV. p. 859.

Pag. 404.

19. *Myrtus Ehrenbergii* Bg. — Frutex 4 — 5-pedalis, florebat Julio (Karwinsky no. 240.) (v. in herb. hort. bot. Petrop.).

Pag. 409 post descriptionem Myrti multiflorae inseratur:

33. b./43. *Myrtus Valdiviana* Phil. in Bot. Zeitg. XV. p. 400.

In Chili.

Pag. 401 post descriptionem Myrti Lumae inseratur:

34. b./44. *Myrtus Meli* Phil. Linn. XXVIII. p. 638. Bg. in Bot. Zeitg. XV. p. 860.

In Chili.

Pag. 411 post lin. 3 inseratur:

40. *M. Krausei* Phil. Bot. Zeitg. XV. 400. — Linn. XXVIII. p. 638.

Certe species generis Ugni!

In Chili.

XXXIV. Blepharocalyx Bg. l. c. p. 412.

Pag. 413 post Blepharocalycem angustissimum addatur:

1. b./23. *Bl. Serra* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 7. b./22.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

Pag. 414 post Blepharocalycem longipedem inseratur:

9. b./24. *Bl. affinis* Bg. l. c. no. 8. b./23.

In Brasilia (Riedel).

Ibidem post Blepharocalycem apiculatum inseratur:

12. b./25. *Bl. parvifolius* Bg. l. c. no. 10. b./24.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

XXXV. Pseudocaryophyllus Bg. l. c. p. 415.

Pag. 416 post Pseudocaryophyllum fulvescentem addantur:

2. b./5. *Ps. velutinus* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 3.

In Brasiliae prov. St. Pauli (Riedel).

2. b./6. *Ps. costatus* Bg. l. c. no. 4.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

XXXVI. Amomis Bg. l. c. p. 416.

XXXVII. Pimenta Bg. l. c. p. 422.

XXXVIII. Abbevillea Bg. l. c. p. 425.

Pag. 426 post Abbevilleam Schlechtendalianam inseratur:

9. b/19. *Abb. Langsdorffii* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 9./19.

In Brasiliae prov. St. Pauli (Riedel).

Pag. 427 post Abbevilleam recurvatam inseratur:

18. *Abb. Regeliana* Bg. l. c. no. 18.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

XXXIX. Campomanesia R. et P. — Bg. l. c. p. 427.

Pag. 428 post Campomanesiam rugosam inseratur:

1. b./54. *C. rhytidophylla* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 1. b./52.

In Brasiliae prov. St. Pauli (Riedel).

Ibidem post Campomanesiam discolorem inseratur:

3b./55. *C. dimorpha* Bg. l. c. no. 3. b./53.

In Brasiliae prov. St. Pauli (Riedel).

Pag. 429 post Campomanesiam pubescentem inserantur:

11. c./56. *C. Martiana* Bg. l. c. n. 11. b./54.

11. c./57. *C. Langsdorffii* Bg. l. c. no. 11. c./55.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

Pag. 430 post Campomanesiam australem inseratur:

15. b./58. *C. Riedeliana* Bg. l. c. no. 15. b./56.

In Brasiliae prov. Goyaz (Riedel).

Pag. 431 post Campomanesiam glabram inseratur:

26. b./59. *C. virescens* Bg. l. c. no. 26. b./57.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

Pag. 433 post Campomanesiam caeruleam inserantur:

38. b./60. *C. caerulescens* Bg. l. c. no. 37. b./58.

In Brasiliae prov. Minas (Riedel).

38. c./61. *C. lanceolata* Bg. l. c. no. 37. c./59.

In Brasiliae prov. Goyaz (Riedel).

XXXX. Acrandra Bg. l. c. p. 435.

XXXXI. Britoa Bg. l. c. p. 435.

Pag. 437 post Britoam Sellowianam addatur:

8. *Br. rugosa* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 8.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

XXXXII. Lacerdaea Bg. l. c. p. 437.

Subtrib. IV. **Myrrhinioideae** Bg. l. c. p. 437..

XXXXIV. Myrrhinium Schott. — Bg l. c. p. 437.

Subtrib. V. **Feijoideae** (*Orthostemonoideae* Bg. l. c. p. 440).

XXXXV. Feijoa (*Orthostemon* Bg. l. c.)

Subtribus et generis nomina mutanda erant, quum a Brownio jam prius Gentianearum genus Orthostemon nominatum esset.

Trib. II. **Barringtonieae** DC. — Bg. l. c. p. 441.

XXXXVI. Gustavia L. — Bg. l. c. p. 441.

Trib. III. **Lecythideae** Rich. — Bg. l. c. p. 474.

XLVII. Couroupita Aubl. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 475. — Linn. l. c. p. 461.

1. *C. Guyanensis* Aubl. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 475. — Linn. l. c. p. 461.

In insulis Cayenne et Caribaeis.

2. *C. Surinamensis* Mart. Fl. Br. p. 476. — Linn. l. c. p. 462.

In Surinamo.

XLVIII. Bertholletia Hb. Bpl. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 478. — Linn. l. c. p. 460.

1. *B. excelsa* Hb. Bpl. — Mart. Fl. Br. p. 478. — Linn. l. c. p. 460.

In silvis Orinocensibus et Amazonicis.

XLIX. Lecythis Loefl. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 474. — Linn. l. c. p. 448.

I. *Germen* 3 — 5-*loculare*.

A. *Folia argute serrata v. grosse crenata.*

1. *L. lanceolata* Poir. — Mart. Fl. Bras. p. 482.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro.

2. *L. Pohlii* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 484.

In Brasiliae prov. Goyaz.

3. *L. minor* Jacq. Am. p. 168. tab. 109. — DC. l. c. p. 291.

In Venezuela.

4. *L. Pisonis* Camb. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 480:

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro.

5. *L.? elliptica* Hb. Bpl. Klh. — Bg. in Linn. XXVII. p. 449.

In Nova Granata.

† Lecythides ob fabricam fructus ad praecedentes species spectantes.

6. *L. urnigera* Mart. Fl. Br. p. 483.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro.

7. *L. Amazonum* Mart. Fl. Br. p. 484.

In Brasiliae prov. Para.

8. *L. platyzone* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 485.

In Brasiliae prov. Rio de Janeiro.

9. *L. monosperma* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 485.

In Brasiliae prov. Para.

B. *Folia obsolete serrata v. integerrima.*

10. *L. Ollaria* L. — Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 1. a.

In Venezuela.

11. *L. Schomburgkii* Bg. in Linn. XXVII. p. 456.

In Guiana Anglica.

12. *L. Marawynensis* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 489.

In Surinamo.

13. *L. rosea* Spruce hb. Bg. in Mart. Fl. Br. p. 488.

In Brasiliae prov. Rio Negro.

14. *L. fagifolia* Miq. — Bg. in Linn. XXVII. p. 451.

In Surinamo.

15. *L. chartacea* Bg. in Linn. XXVII. p. 450.

Pyxidium turbinato-obovatum, $3\frac{1}{4}''$ altum, $3\frac{1}{2}''$ latum; hypanthio turbinato, scrobiculato, umbrino; margine calycari fere in medio pyxidii valde exserto et incrassato, undulato, sepalis excretis 1″ latis, 6‴ longis instructo; zona supra-calycari verticali, rugosa, 6‴ alta; margine orificii extror-

sum instar marginis calycaris ad alterum annulum incrassatum, undulatum, cum illo parallelum et fere conformem porrecto; operculo convexo, exacte et acute umbonato, laevi, subtus concavo, 4—5-loculari, 1″ alto et $2^1/_2$″ lato; columna centrali operculari tenui quidem, sed conspicua; loculis pleiospermis, dissepimentis membranaceis.

In Guiana Anglica.

16. *L. salebrosa* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 488.

In Guiana Batava.

17. *L. rorida* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 488.

In Brasiliae prov. Rio Negro (R. Spruce no. 1757).

18. *L. retusa* Spruce. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 487.

In Brasiliae prov. Rio Negro (R. Spruce no. 1166).

19. *L. Martini* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 10. b./39.

In Cayenna (Martin).

20. *L. Spruceana* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 487.

In Brasiliae prov. Rio Negro (R. Spruce no. 2700; Riedel).

21. *L. Langsdorffii* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II.

In Brasiliae prov. Rio Negro (Riedel).

22. *L. Poiteaui* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 1. c./38.

In Cayenna (Martin).

23. *L. Martiana* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 487.

In Brasiliae prov. Parà.

24. *L. ovalifolia* DC. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 486.

In Brasiliae prov. Parà.

II. *Germen biloculare.*

25. *L. subglandulosa* Stend. — Bg. in Linn. XXVII. p. 459.

In Guiana Batava.

26. *L. macrophylla* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 17. b./40.

In Guiana Gallica (Poiteau).

27. *L. odora* Poepp. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 492.

In Brasiliae prov. Amazonas.

28. *L. coriacea* DC. — Bg. et Mart. in Fl. Br. p. 491.

In Brasiliae prov. Parà et Amazonas.

29. *L. longipes* Poit. — Bg. in Linn. XXVII, p. 453.

In Guiana.

30. *L. basizone* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 18 b./43.

In Guiana Gallica (Poiteau).

31. *L. platycarpa* Poit. — Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. n. 18 c./44.

In Guiana.

32. *L. turbinata* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 493.

In Brasiliae prov. Rio Negro (R. Spruce no. 1167).

33. *L. grandiflora* Aubl. — Bg. in Linn. XXVII. p. 454.

In Cayenna.

34. *L. corrugata* Poit. — Bg. in Linn. XXVII. p. 453.

In Guiana.

35. *L. bracteosa* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 495.

In Brasiliae prov. Amazonas.

36. *Lecythis Idatimon* Aubl. (Char. emend.): foliis petiolatis, coriaceis, oblongis v. ovali-oblongis, breviter acuminatis, basi breviter acutis, integerrimis, nitidis, glabris, exacte minute reticulatis, obsolete venosis; racemis axillaribus et subterminalibus, folio brevioribus, rhachide pedicellisque verrucosis, his flore brevioribus; germine verrucoso; sepalis ovato-oblongis, obtusatis; pyxidio turbinato-obovato, oligospermo, sepalis suboblitteratis, fere in medio notato, operculo convexo, umbonato, hypanthio parum breviore.

Lecythis Idatimon Aubl. p. 721. pl. 289. — DC. l. c. p. 291 excepto loco natali Brasiliensi.

Ab affinibus speciebus differt: rhachide pedicellisque et germine verrucosis (v. in herb. Kunth.).

In insula Cayenne: Desfont.

37. *L. amara* Aubl. — Bg. in Linn. XXVII. p. 453.
In Guiana Gallica.

38. *L. Riedeliana* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 31.b./45.
In Brasiliae prov. Parà.

39. *L. albiflora* DC. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 500.
In Brasiliae prov. Rio Negro.

40. *L. acuminatissima* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 494.
In Brasiliae prov. Amazonas.

41. *L. pilosa* Poepp. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 500.
In Brasiliae prov. Amazonas.

42. *L. (Eschweilera) parvifolia* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 496.
In Brasiliae prov. Amazonas.

43. *L. Wullschlägeliana* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 493.
In Guiana.

44. *L. micrantha* Bg. in Linn. XXVII. p. 454.
In Guiana Angl.

45. *L. (Eschweilera) grandifolia* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 494.
In Brasiliae prov. Parà.

46. *L. nana* Bg. in Mart. Fl. Br. Mant. II. no. 17.c./44.
In Brasiliae prov.

47. *L. cordata* Bg. in Linn. XXVII. p. 457.
In Venezuela.

48. *L. tenax* Moritz. — Bg. in Linn. XXVII. p. 456.
In Venezuela.

49. *L. Sieberiana* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 501.
In Brasiliae prov. Parà.

50. *L. idatimonoides* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 496.
In Guiana Batava.

51. *L. Blanchetiana* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 495.
In Brasiliae prov. Bahia (Blanchet no. 3110).

52. *L. ovata* Camb. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 497.
In Brasilia meridionali.

53. *L. Luschnathii* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 499.
In Brasiliae prov. Bahia.
54. *L. obversa* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 503.
In Brasiliae prov. Parà (R. Spruce no. 828).
55. *L. verruculosa* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 502.
In Brasiliae prov. Amazonas.
56. *L. tenuifolia* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 502.
In Brasiliae prov. Rio Negro (R. Spruce n. 1884 et 2031).
57. *L. Zabucajo* Aubl. — Bg. in Linn. XXVII. p. 453.
In Guiana.
58. *L. paniculata* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 501.
In Brasiliae prov. Amazonas (R. Spruce no. 2610).
59. *L. (Eschweilera) angustifolia* Endl. — Mart. Flor. Bras. p. 489.
In Brasilia.
60. *L. parviflora* Aubl. — Bg. in Linn. XXVII. p. 453.
In Guiana.
61. *L. pachysepala* Spruce hb. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 494.
In Brasiliae prov. Rio Negro (R. Spruce n. 1512).
62. *L. elegans* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 499.
In Brasiliae prov. Rio Negro (R. Spruce no. 1665).

† *Species dubiae.*

63. *L. multiflora* Smith. — Bg. in Linn. XXVII. p. 460.
In Guiana.
64. *L.? longifolia* Hb. Bg. l. c. p. 452.
In Venezuela.

L. **Lecythopsis** Schrank. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 503.

1. *L. rufescens* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 504.
Couratari rufescens Camb. in St. Hil. Fl. Br. II. 274. t. 159.
Lecythis rufescens Bg. in Linn. XXVII. p. 451.
In Brasiliae prov. Rio de Janeiro.
2. *L. glabra* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 305.
Couratari glabra Camb. l. c. p. 274.
Lecythis glabra Bg. in Linn. XXVII. p. 452.
In Brasiliae prov. Rio de Janeiro (Riedel).

LI. Couratari Aubl. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 506. — Linn. XXVII. p. 462.

1. *Eucouratari* Bg. l. c

1. *C. Guyanensis* Aubl. — Bg. in Mart. Fl. Br. p. 507.
In Guiana.

2. *C. lineata* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 508. — Linn. XXVII. p. 463.
In Brasiliae prov. Parà.

3. *C. Uaupensis* Spruce hb. — Bg. l. c. p. 508.
In Brasilia boreali (R. Spruce no. 2510).

4. *C. Tauari* Bg. in Mart. Fl. Br. p. 509.
In Brasilia boreali (Martius).

5. *C. macrocarpa* Mart. Fl. Br. p. 509.
In Brasilia boreali (Martius).

6. *C. aulacocarpa* Mart. Fl. Br. p. 509.
In Brasilia boreali (Martius).

7. *C. dictyocarpa* Mart. Fl. Br. p. 510.
In Brasilia boreali (Martius).

8. *C. Paraënsis* Mart. Fl. Br. p. 510.
In Brasilia boreali (Martius).

9. *C.? coriacea* Mart. Fl. Br. p. 510.
In Brasilia boreali (Martius).

2. *Cariniana* Casar. l. c.

10. *C. domestica* Mart. Fl. Br. p. 510.
In Brasiliae prov. Matto Grosso.

11. *C. Estrellensis* Raddi. — Bg. et Mart. in Fl. Br. p. 511.
Cariniana excelsa Casar. Dec. 46.
In Brasiliae prov. Rio de Janeiro et St. Pauli.

12. *C. legalis* Mart. in Fl. Br. p. 513.
Cariniana Brasiliensis Casar. Dec. 36.
In Brasilia tropica.

Trib. IV. **Granateae** Don. — Bg. in Linn. XXVII. p. 464.

LII. Punica Tourn. — Bg. l. c. p. 464.

Trib. V. **Leptospermeae** DC. — Bg. in Linn. XXVII. p. 465.

LIII. Tepualia Griseb. — Bg. l. c. p. 465.

Plantae Muellerianae.

Celastrineae R. Br.

Auctore

S. Reisseck.

Celastrus Kunth.

1. **C. australis** Harv. et F. Müll. in Second Ind. of Victor. pl. p. 10.

C. inermis scandens, foliis alternis petiolatis elliptico-oblongis acuminatis glabris membranaceis, floribus racemoso-paniculatis, capsulis sphaericis trivalvibus valvis reflexis.

Ad ripas fluv. Broadribbriver et Snowyriver (Dr. F. Müller). Possidemus quoque a beato Ferd. Bauer in Australasia australi et a cl. Hügel in New South Wales lectam.

Frutex habitu *C. scandentis* L. et *C. nutantis* Roxb. Rami mox erecti stricti, mox scandentes aut volubiles, lenticellis creberrimis minutis conspersi. Folia densa, 3—4-pollicaria, nervis lateralibus subtilibus 6—10, costa primaria subtus prominente. Racemi 2—3-pollicares usque spithamei, basi paniculati, pedunculis plurifloris. Fructificatio in omnibus, quae nobis visa sunt speciminibus (Roemerianis, Hüge-

lianis, Müllerianis), longa. Capsula pisi exigui magnitudine, ad perfectam usque maturitatem viridis, subsphaerica. Semina tria, mediante arillo succulento in globulum valvas superantem coalita.

Rhamneae.

Auctore

S. Reisseck.

Discaria Hook.

1. **D. australis** Hook. Bot. Misc. I. p. 156. t. XLV. A. *Colletia pubescens* Brongn. in Ann. d. sc. nat. X. p. 366.

Prope Laddan (Dr. F. Müller). Van Diemensland (C. Stuart).

Folia, hactenus insufficienter descripta, tempore maturationis fructuum protruduntur et plerumque sunt oblonga aut linearia, quandoque ovalia, plurilinearia usque semipollicaria, serrulata, glabra, carnosula, subtus pallidiora. Flores in speciminibus tasmanicis admodum largi, in australasicis plerumque panciores. Capsula pedicello brevior, pisi exigui magnitudine, trisulcata, trimammosa, epicarpio demum soluto, endocarpio tenui, elastico. Semina grani sinapis magnitudine, nitidula, extus convexa, intus obtusangula.

Pomaderris Labill.

§. 1. *Petalanthae.*

1. **P. elliptica** Labill. Nov. Holl. I. p. 61. tab. 86.

Ad Mitta Mitta (Dr. F. Müller). Van Diemensland (C. Stuart).

2. **P vacciniifolia** Reiss. *P. phillyraefolia* F. Müll., nec Fenzl.

P. ramulis glabris apice ferrugineo-tomentellis, foliis unguicularibus brevioribusque petiolatis late ellipticis subrotundisve integris obtusissimis supra glabris subtus cano-tomentosis, paniculis brevibus subthyrsoideis, calyce tomentello, petalis breviter unguiculatis subrotundis crenulatis, ovario tomentoso, stylo glabro trifido.

Ad fluv. Watts river (Dr. F. Müller).

Species *P. paniculosae* F. Müll. et *P. andromedaefoliae* A. Cunn. affinis. Rami versus apices dense ramulosi; ramuli patentes, juventute ferrugineo-tomentelli, altero anno calvescentes. Folia inferiora 8 — 10 lin., suprema 3 — 4 lin. longa, saepe nummularia, quandoque retusa, nervis lateralibus 4—6, supra saturate viridia, opaca, subtus cano-tomentosa, tomento in nervis stellato et rufescente, sub evolutione fere lepidoto. Stipulae lineares, petioli longitudine, fugaces. Paniculae ovatae, pollicares et minores, e fasciculis pluribus constitutae, basi foliatae. Calycis laciniae reflexae. Ovarium dense albo-tomentosum, tomento simplici. Stylus staminibus brevior. Stigmata capitata.

§. 2. *Apetalae.*

3. *P. apetala* Labill. Nov. Holl. I. p. 52. t. 87.

Prope Victoria (Wilhelmi). Van Diemensland (C. Stuart).

4. **P subrepanda** F. Müll.

P. ramulis cinereo-tomentellis calvescentibus, foliis semipollicaribus pollicaribusque petiolatis ellipticis crenato-denticulatis obtusis, supra glabris vel stellato-puberulis subtus cum petiolis dense cano- vel subferrugineo-tomentosis, paniculis angustis foliatis laxifloris, calyce tomentello, ovario semiinfero tomentoso, stylo brevissimo glabro trifido.

Ad ripas limosas fluv. Yarra Austr. felicis Octob. 1855 flor. (Dr. F. Müller).

P. prunifoliae A. Cunn. proxima. Habitus paullo gracilior. Frutex elatior. Rami glabri, ramuli erecto-patentes, cum pedunculis calycibus paginaque foliorum inferiore tomento stellato pulverulento tecti, altero anno calvescentes. Folia iisdem *P. prunifoliae* simillima, inferiora pollicaria, suprema pluries minora, nervis lateralibus 5—7, supra ad nervos sulcata, obscure viridia, opaca. Paniculae laxiusculae, 2—3 pollices longae, ad medium usque foliatae, fasciculis 6—10-floris. Capsula grani sinapis circiter magnitudine, stellato-puberula, coccis latissime perforatis, foramine fere margines attingente.

5. P. ovaria F. Müll.

P. ramulis dense ferrugineo- vel subcinereo-tomentosis calvescentibus, foliis pollicaribus semipollicaribusque petiolatis latissime ellipticis subovatisque obtusissimis subtruncatis supra stellato-pubescentibus asperulis subtus dense stellato-tomentosis nervis ferrugineis, paniculis racemiformibus foliis paullo longioribus, calycis tomentosi laciniis subreflexis, ovario semiinfero tomentoso, stylo trifido.

Van Diemensland (C. Stuart).

P. prunifoliae A. Cunn. proxima et similis, ast foliis truncatis. supra pube stellata, in illa simplici, tectis statim dignoscenda. Ramuli cum petiolis, foliorum pagina inferiore, pedunculis calycibusque tomento stellato denso subfloccoso, versus extremitates ferrugineo tecti. Folia crassiuscula, nervis lateralibus 5—6, supra impressis, subtus prominentibus. Stipulae petioli longitudine, setaceae, tomentosae. Paniculae inferiores folia fulcralia parum superantes, superiores ipsis duplo triplove longiores, e fasciculis pluribus, inferioribus pedunculatis, superioribus sessilibus compositae. Flores brevissime pedicellati. Antherae ellipsoideae, breves. Ovarium subferrugineo-tomentosum. Stylus ad medium trifidus.

A specie descripta forsan differt *P. ovaria* F. Müll., a cl. Wilhelmi ad promontorium Donnington lecta. Nobis solum specimina imperfecta visa sunt, e quibus haud dijudicare potuimus, an species sit distincta, nec ne.

6. P. paniculosa F. Müll.

P. ramulis cinereo-tomentellis calvescentibus, foliis plurilinearibus semipollicaribusque petiolatis ovato-ellipticis subacutis supra tenuissime stellato-puberulis viridibus subtus stellato-tomentosis canescentibus, racemis subpaniculatis brevibus, calyce tomentello laciniis subreflexis, ovario semiinfero tomentoso, stylo brevissimo tridentato.

Austral. merid. (Dr. F. Müller).

Habitus fere *Cotoneasteris* cujusdam pusilli et microphylli et quoad inflorescentiam *Ligustri vulgaris* valde depauperati. Ramuli tenues, erecto-patentes, sub evolutione ferrugineo-tomentelli, demum cinerei, altero anno calvescentes. Folia crassiuscula, supra ad decursum nervi primarii impressa, subtus nervis secundariis 5 — 6, prominentibus. Racemi plerumque semipollicares, glomerulis pluribus 3—5-floris, inferioribus saepe pedunculatis. Calyx stellato-tomentellus, tomento versus basin densiore. Antherae ellipsoideae.

7. P. polifolia Reiss. et Müll.

P. ramulis strictis, puberulis calvescentibus, foliis semipollicaribus longioribusque lanceolato-linearibus obtusis margine revolutis supra sulcatis sparse puberulis subhirtellis subtus cinereo-tomentosis, paniculis ovato-oblongis foliatis, ovario subsupero tomentello.

Ad Mitta Mitta (Dr. F. Müller).

Habitus omnino *P. phylicaefoliae;* ast stirps multo robustior, foliis longioribus et latioribus praedita. Ramuli densi, erecto-patentes. Folia patentissima, inferiora ultra semi-

pollicaria, interdum pollicaria, 2—3 lin. lata, supra obscure viridia, opaca, subtus tomento in colorem cinereum vel virescentem vergente velata, pilis sericeis intermixtis, in costa prominente praeprimis conspicuis. Stipulae petiolo multo longiores, setaceae, persistentes. Paniculae pollicares et ultra, e fasciculis pedunculatis, inferioribus subracemosis constitutae, ad apicem usque foliatae. Bracteolae pedicellos fulcientes lanceolatae, scariosae, brunneae, sub fructu persistentes. Capsula vix grani sinapis magnitudine, obverse ovoidea, apiculata, subsupera, tricocca, coccis apice secedentibus latissime perforatis foramine margines fere attingente, membranula tenuissima ad dehiscentiam usque velatis.

8. **P ericifolia** Hook. Journ. of Bot. I. p. 257.

Cabouyra (Dr. F. Müller).

Stirps indumento valde variabilis, mox villoso-velutina, mox pubescens et imo tota glabrata reperitur. Specimina Mülleriana omnem hanc formam complectunt.

Trymalium Fenzl.

§. 1. Folia basi vel medio latissima, ovata, ovalia, oblonga aut linearia, floralia saepe vexillaria, latiora et densius tomentosa.

1. **T. eupatorioides** Reiss. et Müll.

T. (Trymalina) ramulis substrictis tomentellis apice ferrugineis; foliis pollicaribus et sesquipollicaribus petiolatis ellipticis obtusissimis retusis basi parum angustatis utrinque subtus densius tomentellis canescentibus floralibus minimis obovatis obcordatisve utrinque canescentibus, cymis multiradiatis glomeruliferis, calyce villoso-tomentoso.

Dandenony (Dr. F. Müller).

Stirps e robustioribus generis, conformatione foliorum quodammodo ad *T. globulosum* Fenzl, cujus folia tamen

firmiora et crassiora sunt, accedens. Ramuli striati, cinereo-tomentelli, ad apices ferruginei, pilis simplicibus patentibus tomento intermixtis, altero aut tertio anno demum calvescentes et tunc plane teretes. Folia membranacea, lamina petiolum ter quaterve excedente, nervis lateralibus 5—7 tenuibus subtus prominentibus ibidemque pilis simplicibus tomento intermixtis, supra pube stellata aequabili subvelutina. Stipulae petiolo longiores, lanceolatae, setaceo-acuminatae dorso uninerves, nervo tomentello, scariosae, brunneae, deciduae. Cymae florendi tempore coarctatae, in statu fructifero magis expansae et tunc sesquipollicem vel bipollicem latae, ad summitates usque foliatae, subplanae, e cymulis pedunculatis glomerulos plures gerentibus constitutae. Bracteae flores fulcientes, breves, subrotundae, ovatae aut lanceolatae, dorso ad nervum tomentosae, brunneae, scariosae, sub fructu persistentes. Discus annularis, quinquesinuatus. Capsula grano cannabino paullo minor, calyce persistente coronata, ex integro villoso-tomentosa, cana, infera, vertice libero tomentella, tricocca, endocarpio tenui coriaceo solido.

2. T. helianthemifolium Reiss. *Pomaderris ligustrina* F. Müll.

T. (Trymalina) ramulis tenuibus apice stellato-pubescentibus calvescentibus, foliis semipollicaribus longioribusque anguste ellipticis linearibusque obtusissimis integris margine subrevolutis supra glaberrimis sulcatis subtus cano-tomentosis, paniculis abbreviatis foliatis, floribus fasciculatis, calyce tomentello, capsulis superis glabris.

Avon, Gipps Land (Dr. F. Müller).

Species *T. westringiaefolio* Reiss. proxima, et praeterea accedens ad species plures in Australasia occidentali hactenus solummodo repertas. Notabilem quoque cum *Pomaderride*

ledifolia A. Cunn. similitudinem prae se fert. Fruticulus ramis saepe diffusis. Ramuli juventute prima stellato-tomentelli, alutacei, serius puberuli, demum altero anno glabrati. Folia parum dissita, tenuiter coriacea, nervo subtus prominente parcius tomentoso sub evolutione pilis longinsculis consperso, nervis lateralibus tomento velatis. Stipulae petiolo multo longiores, lanceolato-setaceae, ciliatae, brunneae, scariosae, deciduae. Fasciculi in axillis foliorum superiorum pedunculati, pluriflori, paniculam (fructiferam) pollicarem vel semipollicarem constituentes. Bracteolae ad basin pedicellorum brevissimae, lacerato-ciliatae, brunneae, scariosae. Discus annularis, quinquesinuatus. Capsula pedicello brevior, calyce cupulato circumscisso stellato-pubescente fulta, $1^1/_2$ lin. longa, obverse ovoidea, tricocca.

3. T. phlebophyllum F. Müll.

T. (Trymalina) ramulis tomentellis calvescentibus, foliis plurilinearibus ellipticis et suborbiculatis obtusis retusisve integris margine subreflexis supra sulcatis glaberrimis reticulato-asperulis subtus dense sericeo-tomentosis canescentibus, stipulis persistentibus petiolo longioribus, floribus cymoso-glomeratis.

Elders-range (Dr. F. Müller). E seminibus, a cl. inventore missis in horto Vindobonensi enata tertio anno (1855) floruit.

Species conformatione paginae superioris foliorum singularis. Ex habitu proxima est *T. majoranaefolio* Fenzl. Fruticulus e minoribus generis, cultum spithameum large florentem vidimus. Rami glabri cinerascentes vel subfusci; ramuli tomento tenuissimo alutaceo vel cinerascente tecti, altero vel tertio anno calvescentes. Folia densa et in speciminibus spontaneis ad apices saepe congesta, plerumque $^1/_3$-pollicaria

rarius semipollicaria, coriacea, firma, supra venoso-reticulata, venis elevatis superficiem exasperantibus; nervis lateralibus 5—6 subtus conspicuis, in speciminibus macrioribus fere plana, in pinguioribus margine reflexa. Stipulae petiolo longiores, sessiles, lanceolatae, acuminatae vel cuspidatae, dorso carinatae ibidemque tomentellae, fuscescentes, altero tertioque anno persistentes, licet demum diffractae, obsoletae. Bracteae florem subaequantes, latissime ovatae, scariosae, brunneae. Cyma pluriramosa, ramulis glomerulos solitarios folio vexillari candicante utrinque tomentoso fultos gerentibus, in speciminibus macrioribus saepe foliis floralibus expers et tunc magis contracta glomerato-lobata. Flores flavicantes, demum albidi. Calyx expansus 1½ — 2 lin. latus, extus villoso-tomentellus, laciniis patentibus. Discus aureus, serius dealbatus, annularis, stellato-quinquesinuatus, sinubus profundis angustis. Petala cucullata, in unguiculum angustata. Antherae nigricantes. Stylus brevissimus, discum vix superans, stigma subtrilobum. Capsula 1½ lin. longa, obverse ovoidea, infera, calyce persistente coronata, vertice tomentello, tricocca, coccis tenuibus lignoso-coriaceis.

4. T. microphyllum F. Müll.

T. (Trymalina) ramosissimum, ramulis tomentosis calvescentibus, foliis vix bilinearibus longe petiolatis cordato-ovatis orbicularibusque coriaceis crassis supra glabris laevibus ad nervos impressis subtus cum petiolis densissime alutaceo-tomentosis floralibus conformibus utrinque cano-tomentosis floribus glomeratis densissime tomentoso-lanatis.

Van Diemensland (C. Stuart).

Species foliis admodum exiguis a reliquis longius distat. Fruticulus ramosissimus, ramulis subpaniculatis strictis; juventute prima ferrugineo-tomentosis, serius fuscescentibus, demum glabris. Foliatio densa. Petiolus lamina parum brevior.

Stipulae petiolum subaequantes vel ipso breviores, ovato-lanceolatae, acuminatae, dorso tomentosae, persistentes. Glomeruli pisi magnitudine, in tomento subalutaceo reconditi. Bracteae latissimae, pallido-brunneae, extus tomentosae. Calyx laciniis crassiusculis. Petala galeata, brevissime unguiculata. Discus annularis, profunde quinque-sinuatus, lobis subconcaeatis truncato-retusis. Stylus simplex.

5. T. Behrii F. Müll.

T. (Trymalina) ramulis tomentellis, foliis plurilinearibus brevissime petiolatis semiteretibus linearibus acutis apiculatis marginibus revolutis conduplicatis, supra basi leviter sulcatis tennissime stellato-puberulis, subtus tomentosis, stipulis persistentibus petiolo longioribus, floribus subcapitato-glomeratis, calyce tomentello.

Murray-Scrub (Dr. F. Müller).

Species habitu *Cryptandrae amarae* Sm. Fruticulus ericoideus, ramis subpyramidatis, prima juventute alutaceo-tomentosis, serius cinereis, tandem glabris. Folia plerumque 3—4 lin. longa, coriacea, floralia paullo latiora et supra densius puberula, subferruginea. Stipulae ovato-lanceolatae, petiolo 3—4-plo longiores brunneae, demum nigrescentes. Glomeruli pisi magnitudine, confiati e glomerulis pluribus, brevissime pedunculatis, singulis bracteis latis spadiceis cinctis. Calyx expansus 1 ½—2 lin. latus, laciniis patentibus. Petala cucullato-galeata, brevissime unguiculata. Stamina brevissima. Discus annularis, quinquelobus. Ovarium inferum, vertice libero plano albo-tomentosum. Stylus simplex, brevis.

6. T. Leucopogon F. Müll.

T. (Trymalina) ramulis subfastigiatis strictis tomentellis foliorum lapsu stipulis adpressis squamulosis, foliis bi-, tri-

linearibusque brevissime petiolatis linearibus obtusis recurvato-mucronatis margine revolutis conduplicatis supra glabris nitidulis subtus albo-tomentosis, floralibus candicantibus brevioribus subovatis, floribus glomerato-subcapitatis, spadiceo-bracteatis villosissimis.

Boston-point (Wilhelmi).

Fruticulus ericoideus, dense foliatus, in sicco resinam spirans. Rami subfastigiati, ramuli ad basin capitulorum prodeuntes, juventute cinereo-tomentelli, ast stipulis adpressis ovato-lanceolatis glabris spadiceis tam arcte obsessi ut tomentum vix conspiciatur. Folia stricta, ad apices ramulorum fere adpressa. Folia floralia marginibus subtus magis hiantibus fere cymbiformia, utrinque densissime tomentosa, petiolo glabro. Glomeruli subcapitati, pisi magnitudine, interdum plures congesti. Bracteae cupulam laxe imbricatam formantes, floribus paullo breviores. Calyx villoso-tomentosus. Petala cucullata, basi excisa, brevissime unguiculata. Ovarium inferum, vertice tomentosum. Stylus simplex brevis.

§. 2. Folia sursum latiora, obovata, obcordata, cuneata vel flabelliformia, floralia saepe vexillaria, latiora et densius tomentosa.

7. **T. parvifolium** F. Müll. *Pomaderris parvifolia* Hook.! Journ. of Bot. I. p. 257. ex F. Müll. Schldl. Linn. XX. p. 636. (cum descr. fusior.).

Ad rivum Tonounda (Behr). Mount Lofty in Austral. merid. (Wilhelmi).

Conformatione disci ad subgenus *Trymalina* pertinet.

8. **T. hermannioides** Reiss. *Pomaderris parvifolia* F. Müll. nec Hook.

T. (Trymalina) ramulis alutaceo-tomentosis calvescentibus, foliis semipollicaribus brevioribusque coriaceis petiolatis

obovatis et obovato-oblongis obtusis retusisve crenato-undulatis margine subreflexis supra ad nervos impressis hirtellis calvescentibus subtus cano-tomentosis demum virescentibus vexillaribus minoribus obcordatis utrinque cano-tomentosis; floribus cymoso-glomeratis.

Austral. merid. (Dr. F. Müller).

Species praecedenti multum affinis. Habitus gracilior. Conformatio omnium partium imprimis foliorum tenerior. Folia subtus tomento demum obsoleto virescente vestita, quum in *T. parvifolio* tomentum integrum remaneat et demum cinerascit. Ramuli insuper tomento tecti sunt alutaceo vel ferrugineo, minus denso, minusque villoso. Flores et fructus evolutos non vidi, ideo de eorum conformatione penitiora proferre nequeo. Discum tamen in alabastro plane ut in specie praecedente conformatum inveni.

9. T. velutinum F. Müll. exclus. spec. ejusdem nom. in Second. Ind. pl. Victor. p. 11.

T. (Trymalina) dense ramosum, ramulis firmis velutinis, foliis semipollicaribus brevioribusque coriaceis, petiolatis obcordatis obovatisve obtusissimis vel retusis integris supra leviter sulcatis tennissime velutinis subtus dense tomentosis alutaceis vel subincanis floralibus brevioribus utrinque canis, floribus glomeratis subcapitatis, calyce tomentello, capsula infera.

α. *Stuartiana*, foliis brevius petiolatis subtus subincanis nervis conspicuis.

β. *Hügeliana*, foliis longius petiolatis subtus alutaceis nervis tomento occultatis.

Van Diemensland (C. Stuart, Hügel).

Frutex myrtilloideus, dense foliatus, tomento omnes partes velante, ad apices ramulorum et in foliorum propullantium

pagina aversa ferrugineo. Folia coriacea, crassa, patula, petiolo lamina duplo usque quadruplo breviore. Stipulae petiolo duplo triplove breviores, sessiles, ovato-triangulae, acutae, dorso tomentosae, persistentes, demum obsoletae. Cymae subcapitatae, pisi circiter magnitudine, e glomerulis pluribus brevissime pedunculatis vel sessilibus conflatae, folio florali uno alterove, reliquis plurics breviore fultae. Bracteae sub flore sessiles ipsoque breviores, adpressae, late ovatae, basi dilatatae, dorso carinato-tomentosae. Calyx expansus, 2 lin. fere latus, laciniis patentissimis, extus tomentosus vel subvillosus. Petala in unguem angustata, convoluto-subcucullata. Discus annularis, crassus, leviter quinquelobus, ovarii verticem arcte cingens. Ovarium inferum. Stylus simplex, exsertus. Capsula 1 lin. longa, calyce persistente coronata, ovoidea, pilosiuscula, tricocca, coccis intus tenuissime membranaceis. Semina iisdem Trifolii pratensis fere magnitudine, sublenticularia, dorso convexa, ventre obsolete angulata, brunnea, chalaza nigrescente.

Stirps a cl. F. Müller ad fluv. Murray lecta, sub nomine *T. velutini* edita et in Second. Ind. pl. Victor. p. 11. enumerata, speciem sistit alienam, aut hujus generis, aut ad Pomaderrides pertinentem, ast ob floris fructusque defectum haud rite determinandam. Stirps ex habitu, forma et magnitudine foliorum notabilem cum *Pomaderride paniculosa* F. Müll. similitudinem prae se fert. Probabilius tamen est *Trymalii* species. Conformatio stipularum singularis est. Stipulae nempe latiores, quam in reliquis *Trymalii* et *Pomaderridis* speciebus observantur; et respectu ambitus foliorum valde evolutae dicendae sunt. E forma foliorum species haec, si revera generis, subdivisioni secundae, foliis medio latissimis; accensenda erit.

10. T. obovatum Reiss. *Pomaderris obovata* Hook. Comp. Bot. Mag. p. 277.

T. (Trymalina) ramulis tomentosis calvescentibus, foliis semipollicaribus petiolatis obovatis et obovato-oblongis retusis integris margine revolutis supra glabris ad nervos impressis subtus albido-tomentosis juventute ferrugineis coriaceis floribus cymoso-glomeratis subcapitatis, bracteis calycem aequantibus latissimis.

Van Diemensland (C. Stuart).

Fruticulus ramulis levissime flexuosis apice obscure ferrugineo-tomentosis deorsum cinereis demum calvescentibus. Folia versus apices approximata, semipollicem raro excedentia, saepe multo minora, supra nervis venisque impressis, subtus costa primaria nervisque lateralibus 3 — 5 prominentibus. Stipulae ovatae, acuminatae, dorso tomentellae, persistentes. Cyma parva 2—3 lin. longa, raro usque semipollicaris, pedunculata, e glomerulis 3—5, brevissime pedunculatis, paucifloris, mox parum dissitis, mox approximatis et tum capitulum laxum formantibus constituta. Folium vexillare, glomerulos singulos comitans, brevissimum, utrinque albo-tomentosum, saepe rudimentarium aut suppressum. Bracteae flori adpressae, latissimae, scariosae, brunneae, dorso ad nervum tomentellae. Calyx tomentellus. Petala convoluta, subcucullata, in unguem angustata; filamenta petalorum longitudine. Discus annularis, leviter quinquelobus. Stylus exsertus, simplex; stigma trimammillare.

11. T. daphnoides Reiss. *T. spathulatum* et *Pomaderris spathulata* F. Müll. nec Labill.

T. (Trymalina) ramulis tomentellis calvescentibus, foliis plurilinearibus usque semipollicaribus coriaceis petiolatis cuneatis recurvato-mucronatis integerrimis marginatis supra

glabris vel puberulis subtus sericeis, floralibus conformibus utrinque albo-tomentosis, floribus cymoso-glomeratis subcapitatis, bracteis scariosis obvolutis, capsulis inferis.

Austral. merid. (Dr. F. Müller). Foot of the Marble ranges (Wilhelmi).

Species *T. obovato* Reiss. affinis. Ex habitu quoque similis *T. myrtilloidi* Reiss. (*Pomaderridi myrtilloidi* Fenzl). Fruticulus dense foliatus. Ramuli tomentelli, interdum sericei, demum calvescentes. Folia substricta, plerumque 4—6 lin. longa et 2½—3 lin. lata, breviter petiolata, marginata, margine plano vel subrevoluto, supra sulcata, viridia, opaca vel nitidula, glaberrima aut pube simplici brevissima, praeprimis in foliis altioribus conspersa, subtus villo sericeo, adpresso, denso, flavicante velata, nervo primario prominente, secundariis 4 — 5 obsoletis. Stipulae petiolum superantes, lanceolatae, setaceo-acuminatae, persistentes. Cymae e glomerulis pluribus pedunculatis conflatae. Bracteae persistentes fructum quoque obvolventes et occultantes, latissimae, scariosae. Calyx tomentoso-villosus. Petala cucullata. Capsula 1½ — 2 lin. longa, ellipsoidea, calyce persistente coronata, adpresse puberula, tricocca, epicarpio nigrescente. Cocci membranacei, intus tenuissimi, subhyalini.

12. **T. bilobatum** F. Müll. *Pomaderris obcordata* Fenzl. in Enum. pl. Hügel. p. 22.

Port Lincoln (Wilhelmi).

Fruticulus ramis substrictis stellato-tomentellis, puberulisve; demum glabris. Folia semipollicaria et majora, brevissime petiolata, tenuiter coriacea, late obcordata, minora saepe cuneata, mucronulata, marginata, eroso-dentata, supra viridia, tenuissime stellato-puberula, subtus cano-tomentella, nervis, utroque latere 4—6, glabris aut tenuius pubescentibus.

Stipulae petiolum superantes lanceolato-lineares, setaceo-acuminatae, persistentes, ramulorum partem defoliatam hinc inde adhuc munientes. Cymae confertae, subcapitatae, piso majores, bracteis latissimis demum deciduis obvolutae. Calyx albo-tomentosus. Petala cucullata, in unguem angustata. Discus annularis, quinquelobus. Ovarium vertice libero tomentosum. Stylus tridentatus. Capsula 1—1½ lin. longa, semi-infera, obverse ovoidea, puberula, vertice tomentella.

13. T. serpyllaceum Reiss. et Müll.

T. (Trymalina) ramulis elongatis debilibus filiformibus stellato-puberulis, foliis dissitis minimis brevissime petiolatis obovatis apice excisis et subsinuatis bidentatis margine revolutis supra puberulis calvescentibus subtus cano-tomentellis nervo prominente, floribus subcapitatis adpresse castaneo-bracteatis, ovario infero vertice glabro.

Van Diemensland (C. Stuart).

Stirps pusilla, conformatione ramulorum et foliatione *Thymo Serpyllo* similis. Ramuli fusco-nigricantes, altero anno calvescentes. Folia 1½—2, raro 3 lin. longa, patentia, subcoriacea, laxe excisa, nervo excurrente saepe mucronulata, interdum uno alterove denticulo munita, supra tenuissime puberula, sub evolutione fere velutina, demum glabra vel subglabra; subtus stellato-tomentella, ad nervum prominentem pube simplici conspersa. Folia floralia reliquis conformia, supra dense pubescentia, subincana. Stipulae petiolo longiores, ovatae vel ovato-lanceolatae, acuminatae, scariosae, persistentes. Cyma pisi exigui magnitudine vel minor, e glomerulis tribus, rarius pluribus pauciflоris, approximatis conflata et inde subcapitata. Bracteae glomerulos fulcientes et involventes, latissimae, floribus paullo breviores, castaneae. Calyx sublanatus, in fructu glabrescens, laciniis subpatentibus,

intus carinatis, carina valde prominente. Petala cucullata, ungue distincto, angustissimo. Filamenta perbrevia. Discus annularis, quinquelobus. Ovarium inferum. Stylus simplex.

14. T. flabellare F. Müll.

T. ramulis foliisque subtus juventute pube stellata ferruginea densissime tomentosis, foliis bi- trilinearibusve petiolatis latissime flabellato-cuneatis subrepandis utrinque tomentosis tomento supra canescente subtus subferrugineo stellato-lepidoto.

Boston-point (Dr. F. Müller). Meaton creek (Wilhelmi).

Species foliorum forma distinctissima. Ramuli substricti. Folia coriacea, nervis lateralibus 2, tomento occultatis. Stipulae petiolo breviores, setaceae, tomentellae. Flores fructusque non vidi.

§. 3. Folia bifida vel bifurcata, lobis contiguis vel divaricatis.

15. T. binuritum Reiss. et Müll.

T. (Trymalina) ramulis stellato-puberulis vel tomentellis calvescentibus, foliis semipollicaribus brevioribusque subpetiolatis cuneatis obtuse et contigue bilobis mucronulatis margine revolutis denticulatis supra tenuissime puberulis calvescentibus subtus tomentellis, cymis fasciculatis.

Austral. merid. (Dr. F. Müller).

Frutex parvus; ramis patentibus. Ramuli pube, demum evanescente, fusci vel nigricantes. Foliatio larga. Folia in ramulis abbreviatis saepe subconferta, membranacea, denticulis in lobis praeprimis conspicuis, in sicco fuscis. Stipulae petiolum superantes, lineari-setaceae, subpersistentes, scariosae, fuscescentes. Flores non vidi. Cymae fructiferae mox simplices; subumbellatae vel subcorymbosae, mox e fasciculis pluribus umbelliformibus constitutae. Pedunculi 3 — 4 lin.

longi. Capsula $1^1/_2$ lin. longa, obverse ovoidea, subsphaerica, tertia parte calyce circumscisso obvoluta, stellato-puberula, calyce densius pubescente, tricocca, coccis apice secedentibus, epicarpio demum soluto extus griseis, intus fuscescentibus. Semina iisdem *Trifolii pratensis* minora, aureofusca.

16. T. bifidum F. Müll.

T. (Trymalina) ramulis cinereo-tomentellis stipulis persistentibus ovato-lanceolatis adpressis squamulosis, foliis densis trilinearibus petiolatis furcato-bilobis lobis subdivaricatis linearibus, marginibus revolutis in lobis conduplicatis supra hirtis subtus praeprimis ad nervum villosis coriaceis, floribus subcapitatis, bracteis ciliatis.

Marble ranges Febr. 1855 flor. (Wilhelmi).

Species foliorum forma valde distincta. Ramuli firmi, erecto-patentes, subfastigiati, tertio anno calvescentes. Folia densa, strictiuscula, petiolo lamina triplo vel quadruplo breviore, distincto, ad medium usque biloba, lobis acutiusculis, semierectibus. Flores fructusque evolutos non vidi.

17. T. stenophyllum Reiss. et *T. bifidum* F. Müll. pro parte.

T. (Trymalina) ramis cinereo-tomentellis stipulis persistentibus ovato-lanceolatis adpressis squamulosis, foliis densis tri- quadrilinearibusve petiolatis linearibus apice bilobis lobis patentibus recurvato-apiculatis marginibus revolutis supra glabris subtus cano-tomentellis, floralibus conformibus latioribus utrinque tomentosis candicantibus, floribus glomerato-capitatis involucratis, calyce tomentoso.

Boston point (Wilhelmi).

Species praecedenti affinis, ex omni parte tenerior. Folia breviter petiolata, petiolo lamina quintuplo vel sextuplo bre-

viore, infima apice bidentata, superiora breviter biloba, lobis lamina quadruplo circiter brevioribus, supra profunde sulcata. Folia floralia plura, capitulum cingentia. Bracteae numerosae, subimbricatae, florem aequantes, bruuneae scariosae. Calyx dense albo-tomentosus. Discus calyci subadhaerens, annularis, profunde quinquelobus. Ovarium inferum, vertice libero albo-tomentosum. Stylus simplex, stigma subtrimammillare.

18. T. halmaturinum F. Müll.

T. (Trymalina) totum tomentoso-hirtum cinerascens, foliis semipollicaribus longioribusque petiolatis cuneatis truncato-bilobis lobis obtusis margine revolutis utrinque tomentoso-hirtis, floribus involucratis spadiceo-bracteatis.

Kangoroos Land (Dr. F. Müller).

Stirps primo visu Lasiopetaleam quandam parvifoliam sistere videtur. Ramuli breves vel elongati, tomento ferrugineo vel fuscescente, demum cinerascente velati, altero vel tertio anno calvescentes. Folia parum dissita, in ramulis lateralibus abbreviatis approximata, 4 — 7 lin. longa, 3 lin. lata, supra sulcata, subtus nervo primario prominente, nervis secundariis 3 — 4, in tomento e pilis simplicibus et stellatis constituto reconditis. Folia floralia conformia, utrinque albo-tomentosa. Stipulae petiolum aequantes vel paullo superantes, latissime ovatae vel ovato-lanceolatae, spadiceae, scariosae, demum diffractae, persistentes.

Spyridium Fenzl.

Char. amplif.

Calyx tubo brevi, turbinato vel obconico, limbo quinquefido, laciniis triangularibus, erectis, intus callosis. Petala quinque, limbi incisuris inserta, brevissime unguiculata vel subsessilia, cucullata. Discus tubo super. ovarium insertus,

annularis, quinquelobus, lobis limbi laciniis oppositis. Stamina quinque; petalis inclusa, filamentis subulatis, incurvis, in tubum decurrentibus, antheris dorso affixis, cordato-reniformibus, biloculäribus, loculis superne subconfluentibus, latere deliscentibus. Ovarium inferum, vertice planum, tomentosum, triloculare. Ovula in loculis solitaria, erecta, anatropa. Stylus distinctus, fauccm attingens; stigma trisulcatum, tripapillosum. Capsula infera, calyce corollaque persistente coronata, ellipsoidea, trilocularis, septicide tricocca, coccis ab apice ad basin solutis, membranaceis vel subcoriaceis, monospermis. Semina lenticularia, obverse ovoidea, compressa, testa coriacea, laevi. Embryo intra albumen subcarnosum orthotropus ipseque brevior, virescens, cotyledonibus oblongo-ovalibus, planis, applicatis, radicula infera, brevi, recta, conico-cylindrica. — Fruticuli australasici et tasmanici, saepe ericoidei, ramosissimi, foliis alternis, petiolatis, linearibus, lanceolatis vel ellipticis, planis aut margine revolutis conduplicatis, floralibus saepe vexillaribus, candicantibus, stipulis geminis, liberis vel concretis intrapetiolaribus, scariosis, persistentibus, floribus terminalibus, capitatis, bracteis scariosis involucratis, perexiguis, saepissime in tomento reconditis.

Observ. Genus *Trymalio* proximum, in plerisque speciebus capitulis densis, illis Eriocaulonearum similibus insignitum. Flores valde exigui, in ordine minutissimi. Discus semper tubo calycino adhaerens, nec ut in *Trymalio* ovarium cingens et ipsi ad fructum maturanti demum annuli adinstar adnatus.

1. **S. prostratum** Reiss. *Pomaderris prostrata* F. Müll.

S. dense ramosum, ramulis apice tomentellis, calvescentibus, foliis tri- vel quadrilineae longitudine lanceolato-linearibus mucronatis margine revolutis supra convexis glabris subtus uninervibus albo-tomentosis, floralibus brevioribus sub-

ellipticis; stipulis petiolum longe superantibus latissimis subimbricatis, capitulis piso minoribus hemisphaericis albo-tomentosis supra planiusculis.

Van Diemensland (C. Stuart).

Species multum affinis *S. eriocephalo* Fenzl. Differt ab ipso praeprimis foliis latioribus et brevioribus, opacis, margine revolutis, nec conduplicatis, nervoque subtus conspicuo. Fruticulus ramis (sec. cl. Müller) decumbentibus (in *S. eriocephalo* erectis), annotinis tomento tenui cinerascente vel alutaceo velatis. Folia densa, patentia, tenuiter coriacea, mucrone saepe recurvo, laevia vel asperula. Stipulae intrapetiolares, basi latissima insidentes, plus minusve fissae, erectae, laxe imbricatae, castaneae, demum diffractae, persistentes, ramulos post delapsum foliorum tegentes. Capitula solitaria, pedunculata, depressa, nonnunquam obsolete lobata, bracteis conchiformibus, latissimis, brunneis, flores subaequantibus cincta, multiflora.

2. **S. vexilliferum** Reiss. *Cryptandra vexillifera* Hook.! Journ. of Bot. I. p. 257.

S. dense ramosum, ramulis ferrugineo-tomentosis demum cinerascentibus glabris, foliis semipollicaribus lanceolatis obovato-lanceolatis sublinearibusque mucronatis margine revolutis supra profunde sulcatis hirtis glabrisve subtus albo-tomentosis uninervibus juventute sericeis ferrugineis, floralibus axillaribus ellipticis, utrinque albo-tomentosis, capitulis piso minoribus, calyce tomentoso.

Van Diemensland (Fraser, Scott, Lawrence, Gunn); Austral. merid. (Dr. F. Müller).

Frutex humilis; foliatione quodammodo *Andromedam polifoliam* in memoriam vocans. Rami patentes. Ramuli stellato-tomentelli, tertio anno calvescentes. Folia inter for-

mam anguste lanceolato-linearem et ellipticam ludentia, sub evolutione, praeprimis subtus ad nervum obscure ferruginea, supra aut glaberrima aut dense hirta, in sicco coloris pallidi albo-virentis. Folia floralia elliptica et subrotundo-elliptica, utrinque pannoso-tomentosa, supra candicantia, subtus ad nervum ferruginea. Stipulae petiolum superantes, lanceolatae, acutae, dorso uninerves, fuscae, glabrae, persistentes. Capitula pedunculata vel subsessilia duobus plerumque foliis floralibus cincta, densissima, bracteis imbricatis, rotundatis, obtusis, ceraceo-brunnescentibus serie plurifaria tecta. Calyx vix semilineam longus, extus praeprimis versus apices albo-villosus. Petala brevissime unguiculata, subrotundo-cucullata. Filamenta subulata, antherae cordato-globosae, rima loculorum, ob filamenta, apice incurva, transversa. Ovarium vertice dense albo-tomentosum. Capsula 1—1½ lin. longa, calyce coronata, tricocca, coccis intus fere semipellucidis. Semina obverse ovoidea, nitida, fusca. Embryo cotyledonibus oblongo-ovalibus, pallide viridibus; radicula recta subconica; plumula vix conspicua.

3. S. phylicoides Reiss. *Trymalium vexilliferum* F. Müll.

S. ramulis cinereo-tomentellis calvescentibus, foliis semipollicaribus brevioribusque lineari-lanceolatis et lanceolatis apiculatis margine revolutis vel conduplicatis supra glaberrimis albo-viridibus subtus tomentellis, floralibus latioribus brevioribusque utrinque tomentosis, stipulis bracteisque pubescentibus capitulis sublobatis.

Lake Hamilton Jan. 1855 (C. Wilhelmi).

Fruticulus habitu speciei praecedentis. Ramuli tomento stellato, tenui, cinerascente vel in colorem alutaceum vergente tecti, tertio anno glabrescentes, stipulis post foliorum delapsum persistentibus vestiti. Folia patula, coriacea, interdum

subfalcata, supra convexa, subsulcata vel exsulca. Folia floralia reliquis concoloria, utrinque pannoso-tomentosa. Stipulae erectae, adpressae, ovato-lanceolatae acutae, dorso, praeprimis ad nervum prominentem puberulae, basi tomentellae. Capitula subrotunda, interdum e glomerulis pluribus aggregatis, folio florali fultis formata. Bracteae latissime ovatae, acutae, dorso carinatae, carina tomentella. Calyx 1 lin. longus. Petala late cucullata, brevissime unguiculata. Discus fundum tubi calycini explens, disco Trymaliorum subsimilis. Ovarium inferum; stylus brevissimus; stigma obsolete tripapillosum.

4. **S. subochreatum** Reiss. *Pomaderris subochreata* F. Müll.

S. ramulis alutaceo-tomentellis calvescentibus, foliis semipollicaribus brevioribusque linearibus apiculatis margine revolutis conduplicatis supra glabris asperulis subtus albotomentellis, floralibus conformibus supra glabris, stipulis basi puberulis, capitulis pisum aequantibus minoribusque, bracteis latissimis obtusis.

Ad fluv. Murray (Dr. F. Müller).

Species a praecedente foliis floralibus supra glabris, bracteis dilatatis, obtusissimis et calycis conformatione bene dignoscenda. Fruticulus ramis gracilioribus, apice saepe resinam, folia stipulas et flores conglutinantem fundentibus. Folia in sicco hic inde subfalcata, pallide viridia, subalbida, supra papillis minutis asperula, serius saepe laevia. Stipulae persistentes, ramulos post foliorum delapsum tegentes, ovatae, acutae, adpressae, basi ima tomentellae. Capitula e glomerulis pluribus conflata. Bracteae pluriseriales, rotundatae, obtusissimae, castaneae, ad nervum dorsalem obsolete tomentosae. Calyx $^3/_4$ lin. longus, extus tomentellus, tubi parte

libera laciniis multo breviore. Stylus brevissimus, subtridentatus.

5. S. diffusum Reiss. *Trymalium diversifolium* F. Müll. Second. Ind. of Vict. pl. p. 11.

S. ramulis laxis debilibus tenuiter cano-tomentellis calvescentibus, foliis semipollicaribus et longioribus linearibus acutiusculis margine revolutis supra profunde sulcatis glabris subtus tomentosis tomento juventute ferrugineo, floralibus abbreviatis ellipticis utrinque tomentosis candicantibus, capitulis filiformi-pedunculatis piso multo minoribus densissimis hemisphaericis juventute viscosis.

Scrub ad Port Lincoln (Wilhelmi).

Species capitulis exignis, vix grani piperis magnitudinem attingentibus, juventute visco obtectis, subglabris insignita. Fruticulus ramulis annotinis et biennibus tomento adpresso, tenui canescentibus, serius glabris, nigro-fuscis. Folia patula, laxiuscula, 3—8 lin. longa, pallide viridia, subnitida, subtus in rima, marginibus reflexis formata, dense tomentosa, tomento juventute rimam penitus explente, ferrugineo, serius tenuiore, cinereo. Folia floralia capitula sub involucro fulcientia, eidemque semiadnata, solitaria vel gemina, 2—3 lin. longa elliptica, acuta, utrinque tomentosa, supra cana, subtus juventute ferruginea. Stipulae petiolis breviores, erectae, basi lata sessiles, acutae, dorso carinatae, glabrae, fuscae. Capitula nodiformia, pedunculo 2 — 3 lin. longo, ferrugineo pubescente sericeo-nitido, postremo calvescente, multiflora, supra glabriuscula. Bracteae arcte imbricatae, brunneae, conglutinatae. Flos $\frac{1}{2}$ lin. longus. Calyx versus apicem glaber tubo perbrevi, laciniis erecto-patulis. Petala late cucullata, brevissime unguiculata. Antherae late cordatae. Ovarium vertice albo-villosum. Stylus faucem attingens, crassus; stigma tripapillosum.

6. S. uncinatum Reiss. *Trymalium uncinatum* F. Müll. Second Iud. of Vict. pl. p. 11.

S. perpusillum, ramulis alutaceo-tomentellis calvescentibus, foliis bi- vel quadrilineae longitudine subfalcatis linearibus subulato-mucronatis margine revolutis conduplicatis supra glabris laevibus vel asperulis, stipulis ovato-oblongis ferrugineis petiolo pluries longioribus, capitulis pisum aequantibus subrotundis tomentellis.

Mallee-Scrub et Murray-Scrub (Dr. F. Müller).

Fruticulus pygmaeus, interdum digiti vel semidigiti nonnisi altitudinem attingens. Habitus quodammodo Polychemi. Ramuli erecto-patentes, in speciminibus depauperatis abbreviati, distorti, primo et altero anno tomentelli, demum glabri, stipulis persistentibus, dealbatis tecti. Folia interstitiis plurilinearibus dissita, pallide viridia, in stirpibus pygmaeis latiora et breviora, semiteretia, supra laevia aut papillis (basibus pilorum suppressorum) asperula, subtus tomentella, tomento ob marginum conduplicationem recondito. Stipulae in ramulis abbreviatis fere totam superficiem obtegentes et velantes, dorso ad nervum tomentellae. Folia floralia difformia nulla. Capitula pedunculata, multiflora. Calyx tomentoso-lanatus, $^3/_4$ lin. longus, tubo perbrevi, laciniis erecto-patulis. Petala subrotundo-cucullata, basi cordata, subsessilia. Discus in fundo tubi angustus, annularis, leviter quinquecrenatus. Ovarium vertice albo-tomentellum. Stylus faucem attingens, crassiusculus.

7. S. thymifolium Reiss. *Trymalium Stuarti* F. Müll. pro parte.

S. ramulis debilibus tomentellis calvescentibus, foliis triquadrilinearibusque late ellipticis obtusis retusisve basi rotundatis integerrimis margine subrevolutis supra glabris opacis

subtus cano-tomentellis nervis lateralibus 5 — 6 prominulis coriaceis, floralibus minoribus orbicularibus utrinque tomentosis, stipulis petiolo brevioribus persistentibus bracteisque atratis, capitulis piso minoribus albo-villosis.

Encounter Bay Nov. 1847 (Dr. F. Müller).

Fruticulus habitu *Trymalii phlebophylli* et *majoranaefolii*. Inter congeneres stipulis et bracteis atratis statim dignoscenda. Ramuli erecto-patentes, tomentelli, tertio anno calvescentes. Folia crasse coriacea, supra ad nervi primarii decursum sulcata, subtus nervis secundariis prominentibus, inprimis tomento demum obsoleto conspicuis. Petiolus lamina quadruplo vel quintuplo brevior. Folia floralia vexillaria, bina vel tria, capitulum fulcientia. Capitula breviter pedunculata aut subsessilia, bracteis dilatatis, obtusissimis, flores fere aequantibus cincta, multiflora. Calyx albo-villosus. Petala cucullata, breviter unguiculata.

8. **S. Stuarti** Reiss. et F. Müll. *Trymalium Stuarti* F. Müll. pro parte.

S. ramulis tomentosis ferrugineis demum cinerascentibus glabris, foliis semipollicaribus brevioribusque ovatis et ovato-ellipticis obtusis integris supra glabris subtus cano-tomentosis juventute ferrugineo-villosis, floralibus utrinque pannoso-tomentosis candicantibus, stipulis petiolo brevioribus, capitulis pisum aequantibus albo-villosis fusco-bracteatis.

Encounter Bay Nov. 1847 (Dr. F. Müller).

Species habitu praecedentis, ex omni parte villosior. Apices ramulorum et pagina inferior foliorum sese evolventium tomento pallide ferrugineo tectae demum canescentes. Folia supra in nervis impressa, subtus nervis utroque latere 5 — 7, prominulis. Stipulae adpressae, fuscae, dorso ad nervum tomentellae. Folia floralia plerumque orbicularia,

reliquis duplo triplove breviora. Capitula breviter pedunculata vel subsessilia. Bracteae floribus paullo breviores, latissime ovatae vel subrotundae, acutae vel obtusae, obscure fuscae nigrescentes, versus marginem pallidiores, dorso subvillosae. Calyx praesertim versus apices dense subsericeo-villosus. Ovarium vertice albo-villosum. Stylus brevis crassus.

9. **S. coactilifolium** Reiss. *Pomaderris coactilifolia* F. Müll.

S. ramulis ferrugineo-tomentosis, foliis trilinearibus usque semipollicaribus obovatis retusis integris utrinque densissime stellato-tomentosis alutaceis juventute subferrugineis, floralibus candicantibus, capitulis albido-tomentosis, bracteis villosulis pallide brunneis.

Encounter Bay (Dr. F. Müller).

Species inter congeneres tomento stellato, pannoso, omnes partes exceptis stipulis velante insignita. Folia supra impressa, subtus nervo prominente. Stipulae petiolo breviores, ovatae, atro-fuscae, glabrae. Calyx ad apices villosissimus. Petala cucullata, in unguem angustata. Discus tenuis.

Cryptandra Sm.

1. **C. nervata** Reiss. in hb. Vind. et Berol. *C. spinescens* F. Müll. nec Sieb.

C. ramosissima, spinescens, foliis bilinearibus et brevioribus obovatis ovatis lanceolatis oblongisve obtusis integris subplanis glaberrimis subtus obsolete uninervibus, floribus sessilibus subspicatis, calyce campanulato extus toto albo-tomentello laciniis erectis.

New South Wales (All. Cunningham); Delatet et Buffaloe ranges (Dr. F. Müller).

Species a *C. spinescente* Sieb, cui minus quam *C. Sieberi* Fenzl accedit, calyce latiore, ex integro tomentello differt. Habitu cum *C. spinescente* convenit. Ramuli ad apices pube tenui, stellata vestiti, altero vel tertio anno glabri, ramulis semipollicaribus aut pollicaribus, spinescentibus dense obsessi et exinde fere pyramidales. Folia in ramo eodem forma valde varia, inter ambitum late obovatum et lineari-lanceolatum lndentia. Stipulae petiolo pluries longiores, ovato-lanceolatae, setaceo-cuspidatae, fuscae, adpressae, persistentes. Flores evolutos non vidi. Calyx fructifer 2 lin. longus, extus totus cano-tomentellus, laciniis erectis sive subconniventibus, capsulam sub evolutione florum novarum dissilientem fovens. Bracteae persistentes, orbiculares, fusco-nigrae, duplici serie dispositae, calycis basin imam fulcientes.

2. C. largiflora F. Müll.

C. ramosissima, spinescens vel subspinescens, foliis bilinearibus et brevioribus obovato- vel subspathulato-oblongis linearibusque obtusis integris planis glaberrimis subtus obsolete uninervibus, floribus brevissime pedicellatis subspicatis, calyce breviter campanulato extus toto tomentello laciniis erectis tubo paullo brevioribus.

Van Diemensland (C. Stuart).

Species ex affinitate *C. Sieberi* Fenzl, quacum habitu convenit. Fruticulus densissime ramosus, ramulis paniculatis vel sursum subpyramidatis, subspinescentibus, annotinis et biennibus pube stellata, cinerea velatis tomentellis. Folia sparsa vel subfasciculata, plerumque 2 lin. longa, in petiolum angustata, in sicco saepe subfalcata. Stipulae petiolum aequantes, adpressae, subovatae, acutae vel acuminatae, fuscae, persistentes. Flos expansus 1 — 1 ½ lin. longus, bracteolis imbricatis, obtusissimis fultus. Calyx subcylindrico-

campanulatus, laciniis erectis. Petala subcordato-cucullata, brevissime unguiculata. Ovarium disco albo-tomentoso, quinque-crenato tectum. Stylus fere faucem attingens, sursum vix incrassatus.

3. C. erubescens F. Müll.

C. inermis ramosissima, ramulis subflexuosis distortis toruloşis, foliis subfasciculatis bilineae longitudine acerosis angustissimis linearibus obtusiusculis margine revolutis, conduplicatis glabris, floribus glomeratis, calyce extus tomentello versus basin glabro laciniis tubo late-campanulato sublongioribus, alabastris conicis sulcato-pentagonis.

Austral. merid. (Dr. F. Müller).

Fruticulus ramosissimus, saepe diffusus. Radix (sec. cl. Müller) fila longa emittens. Ramuli obscure cinerei vel nigricantes, in speciminibus macrioribus saepe intricati, juventute pube stellata, cinerea tomentelli, serius glabri. Folia e tenuissimis generis, in sicco $^1/_4$ lin. lata, in ramulis abbreviatis plerumque fasciculata, in reliquis sparsa. Stipulae petiolum longe superantes, adpressae, ovatae, cuspidatae, obscure fuscae, margine pallidiores. Glomeruli terminales, pluriflori. Flores brevissime pedicellati 1 lin. longi. Bracteolae imbricatae, cupulam formantes, tubum calycinum ad dimidiam ejus longitudinem tegentes. Alabastra angulis glabris, reliqua superficie tomentella. Petala brevissime unguiculata, basi subcordata, rotundato-cucullata. Stylus faucem subsuperans, sursum vix incrassatus.

4. C. Behriana Reiss. *C. propinqua* Schldl.! Linn. XX. p. 638 (cum descr. fusior.) nec Hook.

In ditione Oncaparinga (Behr).

Species proxime accedit ad *C. tomentosam* Lindl., cui valde similis. Diagnosis, cum ipsa *C. tomentosae* comparanda, hic sequatur:

C. inermis, ramulis cinereo-tomentellis calvescentibus, foliis bilinearibus brevioribusque subfasciculatis linearibus teretibus obtusiusculis margine revolutis conduplicatis glabris, glomerulis plurifloris, alabastris conicis sulcato-pentagonis, calyce late campanulato tomentello basi glabro laciniis tubum subaequantibus.

5. C. campanulata Schldl.! Linn. XX. p. 640. (cum descr. fusior.).

In ditionibus orientalibus montium ad Murray-Scrub (Behr) prope Gawler-town (Dr. F. Müller).

Species *C. pungenti* Stend., ad fluv. Cygnorum crescenti proxima.

6. C. hispidula Reiss. et F. Müll.

C. inermis, tota pubescenti-hirta, ramulis filiformibus, foliis fasciculatis bilineae longitudine teretibus linearibus obtusiusculis margine revolutis conduplicatis pube patente hirtellis, glomerulis plurifloris, bracteis lanceolatis setaceo-acuminatis, calyce anguste campanulato albo villoso-hirto, stylo basi villoso.

Austral. merid. (C. Stuart herb. n. 44).

Proxima *C. ericifoliae* Sm., cujus typum repraesentat et quacum sectionem propriam conformatione bractearum et styli insignitam constituit. Fruticulus multiramosus, ramulis erectis patentibusque, per biennium pubescenti-hirtellis, subferrugineis, demum glabris. Folia cano-virentia, floralia reliquis paullisper breviora. Stipulae petiolo pluries longiores, adpressae, lanceolatae, longe acuminatae, brunneae. Glomeruli pluriflori. Flores singuli bracteis pluribus, ferrugineis, ad nervum obscurioribus, calycis medium attingentibus vel superantibus, basi pubescentibus cincti. Calyx $1^1/_2$ — 2 lin. longus, laciniis erectis. Stylus sensim angustatus, inferius cum ovario albo-villosus.

Stenanthemum nov. gen.

Calyx tubo cylindrico, limbo quinquefido, laciniis triangulis, erectis. Petala quinque, limbi incisuris inserta, subrotundo-cucullata, brevissime unguiculata. Stamina petalis inclusa, filamentis brevissimis, subdecurrentibus, antheris ovoideis, biloculáribus, loculis latere rima longitudinali dehiscentibus. Ovarium inferum, vertice planum, triloculare, loculis uniovulatis. Stylus simplex, filiformis, faucem attingens, stigmate subcapitato, trigono. Capsula calyce persistente coronata, tricocca, coccis demum late hiantibus, bifidis. — Fruticuli anstralasici *Trymalii* et *Pomaderridis* habitu, foliis alternis petiolatis penninervibus; floralibus saepe vexillaribus, stipulis geminis, scariosis, persistentibus, floribus terminalibus, glomerato-capitatis, bracteis flores obvolventibus, scariosis.

Cryptandra subgen. *Solenandra* Reiss. in pl. Preiss. II. p. 228. *Cryptandrae* spec. auctor.

Nomen derivatum a *στένος* angustus et *ἄνθος* flos, ob floris formam.

1. **S. leucophractum** Reiss. *Cryptandra leucophracta* Schldl. Linn. XX. p. 640 (cum descr. fusior.). *Trymalium leucophractum* F. Müll.

Austral., merid. (Dr. F. Müller, Wilhelmi). In arenoso-calcareis „Sandplaine“ dictis (Behr).

Observ. Generi huicce insuper accensendae sunt: 2) **S. pomaderroides** (*Cryptandra pomaderroides* Reiss.). 3) **S. coronatum** (*C. coronata* Reiss.) 4) **S. tridentatum** (*C. tridentata* Steud.).

Stenodiscus nov. gen.

Calyx brevis, infundibuliformis, tubo sub fauce annulato, limbo quinquefido, laciniis ovato-triangulis, patulis. Petala quinque, ad marginem disci, sub fauce positi, crassi, carnosi,

annularis, quinquecrenati inserta, cucullata, unguiculata. Stamina cum petalis inserta, filamentis subulatis, antheris ovoideis, bilocularibus, loculis latere rima longitudinali dehiscentibus, demum confluentibus. Ovarium inferum, triloculare, loculis uniovulatis. Stylus simplex, faucem superans, stigmata tria papilliformia. — Fruticulus tasmanicus ericoideus, ramosissimus, foliis densis subfasciculatis, linearibus, margine revolutis, stipulis scariosis, persistentibus, floribus terminalibus, fasciculato-glomeratis, fasciculis scarioso-bracteatis, plurifloris.

Cryptandrae spec. Hook.

Nomen derivatum a *στένος* angustia et *δίσκος* discus, ob discum angustum et faucem tubi angustantem. Genus Spyridio proximum, ab ipso diversum inflorescentia, floris conformatione et magnitudine. Disci insertione et structura genus quodammodo ad Colletias vergit.

1. S. ulicinus Reiss. *Cryptandra ulicina* Hook.! Journ. of Bot. I. p. 257.

Van Diemensland (C. Stuart).

Ueber die Anonaceen des ostindischen Archipels.

Von

H. Zollinger.

Bekanntermassen ist die Familie der Anonaceen eine fast gänzlich auf die Tropenwelt beschränkte Pflanzengruppe, die nur in Amerika nach Norden hin einige wenige Arten über den Wendekreis hinausschiebt. Ebenso bekannt ist, dass die Geschlechter und Arten so ziemlich gleichmässig über alle Erdtheile verbreitet sind, welche in die Tropenregionen hineinragen. Wenn auch die Familie in Artenzahl nicht unbedeutend genannt werden kann (De Candolle Sohn spricht in seiner Pflanzengeographie von 240 Arten), so macht dieselbe nach dem gleichen Schriftsteller doch nirgends 2 p. C. der Dikotyledonen einer Flora aus. In Asien sind die maritimen Gebiete vorzüglich die Heimat der Anonaceen, Zeylon nämlich, die hinterindische Halbinsel und der indische Archipel, wo wieder die grossen Inseln des westlichen Gebietes vorzüglich reich an Arten scheinen, Sumatra, die Halbinsel Malakka mit den dazwischen liegenden Inseln, ferner Java, besonders der westliche Theil desselben. Von Borneo und

Celebes wissen wir noch zu wenig, als dass wir ihren Antheil an der Verbreitung der Familie bestimmen könnten.

Ebenso sind die Angaben über die Habitationen der Anonaceen noch sehr unvollständig, und besonders sind hierin die englischen Schriftsteller sehr nachlässig, die sich meist begnügen, eine sehr unbestimmte, weite Station anzugeben, z. B. Insel Pinang, Singapore, Tenasserim u. s. w. Am genauesten ist hierin Blume in seiner Flora Javae.

So weit sich aus den vorhandenen Angaben solches ermitteln lässt, ergiebt sich für den indischen Archipel nachfolgende Vertheilung auf die Habitationen der Anonaceen. Zu der Hügelregion sind auch die höhern isolirten Gebirgsstöcke der Tertiärformation gezählt, welche nirgends die Höhe der vulkanischen Gebirge erreichen, ja stets unter der Hälfte der Höhe der letzteren bleiben.

	Ausschliesslich.	Auch in anderen Regionen.
Am Strande	10	6
In der Ebene	44	5
In der Hügelregion und am Fusse der höheren Gebirge	14	8
Im Gebirge	17	4
Unermittelt	24	—
Gesammtzahl	109	—

Wir sehen hieraus, dass weitaus die grösste Zahl der Arten dem Littoral und der Ebene angehört, wie dies dem Character einer so entschieden tropischen Familie ganz angemessen ist. Der Küste (meist tertiäre Kalkregion) und der Ebene gehören insbesondere die ächten und schlingenden *Uvaria* an, die *Elipeia*, *Habzelia* und *Xylopia*, *Anaxagorea*, *Phocanthus*, *Anomianthus* und *Saccopetalum*. Dagegen

lieben die Mehrzahl der *Orophea*, *Mitrephora* und *Artabotrys* vorzüglich die Hügel und Gebirge, während die übrigen Gattungen ihre Repräsentanten fast in allen Regionen haben. Am höchsten scheint die *Uvaria montana* Bl. zu steigen, die am Pengerango bis zu 9000′ empor steigt.

So zahlreich übrigens die Arten sind, welche im indischen Archipel vorkommen, so üben sie doch nirgends einen besondern Einfluss aus auf die Physiognomie der Pflanzendecken. Auch die kultivirten Arten treten nie so massenhaft auf, dass sich dies von ihnen sagen liesse; entweder sind sie, wie die *Anona*-Arten, niedrige Bäume, die in der reichen Vegetation um und bei den Dörfern sich verlieren, oder sie finden sich, wie die *Cananga*, nur einzeln vor, und bilden so auch keinen überwiegenden Bestandtheil der Vegetation. Ueberdies ist die *Cananga* kein schöner Baum, sondern hat fast immer eine lückenhafte, gleichsam zerfetzte Krone, die selbst da keine dichten, zierlichen Massen bildet, wo dieser Baum gruppenweise auftritt.

Diejenige Art, welche wirklich physiognomisch bedeutsam genannt werden kann, ist die *Unona discolor* Vahl. In den Ebenen des südlichen und östlichen Java, auf der Insel Balie kommt dieser zierliche Strauch massenhaft vor, und bildet einen der Hauptbestandtheile der Gebüsche. Er hebt sich besonders hervor im dunkeln Grün der *Orchipeda*, *Tabernaemontana*, der *Aparisthmium* und *Zizyphus* durch seine leicht beweglichen, glänzenden, hellgelblichen, unten graulichgrünen Blätter, die im ersten Stadium der Entwickelung lieblich hellroth gefärbt sind. Da, wo die schlingenden *Uvaria* in grösserer Zahl auftreten, in den Bäumen und an den Felsen des Strandes, wie die *U. hirsuta*, *purpurea*, *concava* u. a., da bilden sie mit ihren grossen, herrlich dunkeln purpurnen Blüthen eine wahre Zierde der Vegetation, und würden

mit ihrem luftigen Gewinde ein Schmuck der Gärten sein, wenn nicht der eigenthümliche Wuchs ein Hinderniss, besonders in kleinen Anlagen wäre.

Kultivirt werden nur wenige Anonaceen der Früchte wil-len, die wohlriechenden *Cananga* und der *Artabotrys odoratissimus* R. Br. Ich selbst habe indess den letztern nie in Gärten angetroffen. Weitaus am häufigsten findet man die *Cananga*, deren Blumen äusserst reich an ätherischem Oel sind und von den Eingebornen geliebt werden wie wenig andere. Auch der roheste Lastträger hält still, wenn er zu einem *Cananga*-Baume kommt, und pflückt dessen Blumen, um sie unter seinem Haupttuche in's rabenschwarze Haar zu stecken. Sorgliche Hausfrauen streuen sie zwischen die Wäsche in dem Schranke, oder gar in's Bett eines wohlgelittenen Gastes.

Die *Cananga* theilt mit der *Unona discolor*, der *Guatteria Canangioides* und andern den sonderbaren Farbenwechsel der Blüthenentwickelung, indem die Blüthe erst blattgrün ist und nach und nach hochgelblich wird, zuletzt mit einem bräunlichen, oder besser vielleicht mit einem orangenfarbenen Anflug, bis sie beim Welken braungelb wird.

Ausser den *Anona* haben auch andere Pflanzen der Familie essbare Früchte, so die *Anonianthus* und die meisten schlingenden *Uvaria*, von den Eingebornen auf Java fast überall *Kallak* genannt; die meisten dieser Früchte sind so süsslich, dass sie dem europäischen Gaumen wenig zusagen, so besonders die *Uvaria dulcis* Dun. Kultivirt wird übrigens keine dieser Arten, so zierlich auch ihre Blüthen und so gelieht oft auch ihre Früchte sein mögen. Bei der folgenden Uebersicht der archipelagischen Arten habe ich alle aufgenommen, die sich in meinen Sammlungen befinden. Wenn

die Arten auch nicht alle bestimmt sind, so interessirt den Botaniker doch die genaue Angabe der Standpunkte und Fundorte. Ein sehr bedeutendes Material hat mir der botanische Garten in Buitenzorg und sein Herbarium geliefert. Ferner habe ich aus den mir zugänglichen Werken, insbesondere von Blume, Alles zusammengestellt, was hierher gehört, und füge den neuen Species die Diagnosen und manchen Beschreibungen Blume's Berichtigungen und Vervollständigungen bei. Die Anordnung aber beruht auf der Bearbeitung der Familie, wie sie in Hooker fil. und Thomson Flora indica I. zu finden ist, und die ich als höchst gründlich und ausgezeichnet betrachte, so dass selbst die verdienstlichen Arbeiten Blume's dadurch eine bedeutende Erweiterung und Umgestaltung erlitten haben. Es scheint mir, dass die Verfasser mit vollem Recht die meisten Subgenera Blume's zu wirklichen Geschlechtern erhoben haben, und mit viel grösserem Rechte selbst, als man z. B. *Hedyotis*, *Oldenlandia* und *Scleromitrium*; *Ixora* und *Pavetta*, *Psychotria* und *Grumilea* neben einander bestehen lässt, und zahlreiche andere Genera, die durchaus nicht so scharf characterisirt sind, wie diese neueren Genera der Anonaceen.

Ich habe den Geschlechtern in Hooker und Thomson Fl. ind. nur *ein* neues beigefügt, das wohl auch die Verfasser getrennt hätten, wäre ihnen die Pflanze bekannt gewesen. Der Aufzählung selbst lasse ich meine Uebersicht der Unterabtheilungen und Genera der Familie vorangehen.

	Arten.	
	Sichere.	Unsichere.
Tribus I. Uvárieae.		
1. *Stelechocarpus* (Bl.) Hk. f. Th.	1	—
2. *Uvaria* L. (emend.)	21	4
3. *Ellipeia* Hk. f. Th.	1	—
Tribus II. Mitrophoreae.		
4. *Popowia* Endl.	2	—
5. *Goniothalamus* (Bl.) Hk. f. Th.	3	—
6. *Orophea* Bl.	5	4
7. *Mitrephora* (Bl.) Hk. f. Th.	4	1
Tribus III. Anoneae.		
8. *Anona* L.	3	—
Tribus IV. Xylopieae.		
9. *Melodorum* (Bl.) Hk. f, Th.	10	—
10. *Habzelia* A. DC.	2	—
11. *Xylopia* L.	2	4
Tribus V. Guattericae.		
12. *Artabotrys* R. Br.	4	1
13. *Cananga* Rumph.	1	—
14. *Unona* L.	8	2
15. *Polyalthia* Bl.	5	1
16. *Guatteria* Ruiz et Pav.	11	4
17. *Anaxagorea* St. Hil.	2	—
18. *Oxymitra* (Bl.) Hk. f. Th.	3	—
19. *Phaeanthus* Hk. f. Th.	1	—
20. *Anomianthus* Zoll.	1	—
21. *Saccopetalum* Bennet.	1	—
	91	18

Gesammtzahl der Arten 109.

Es ist daher mehr als wahrscheinlich, dass die Zahl von 240, welche DeCandolle fil. voraussetzt, viel zu niedrig gegriffen ist, da dem indischen Archipel allein mehr als die Hälfte dieser Artenzahl zukommen wird, wenn seine Flora einmal gründlich erforscht ist.

Tribus I. **Uvariae** Hk. f. et Th. p. 92.

1. Stelechocarpus (Bl. Fl. Jav. Anon. p. 13. *Uvariae* sectio) Hk. f. et Th. p. 94.

1. St. Burahol (Bl. ibid. sub *Uvaria*) Hk. f. Th. l. cit. „In montosis alluvialibus argillaceo-calcareis Javae“ Bl. Pr. Preangan, Bantam, Krawang etc. In peninsula Malayana ad Singapura Lobb, Zoll. no. 3033. In H. bot. Bog. 30, VIII, 45. In ins. (Nusa) Kambangan Bl. — *Burahol* inc. sec. Bl.

2. Uvaria L. (Hk. f. Th. sensu strictiore p. 95.)

Sectio I. *Macranthi* Ibid.

A. Petala patentia Bl.

1. U. purpurea Bl. Bydr. 11. Ins. Javae et Nusa Kambangan littus Bl. (*Kadjung* inc.) Pegu, Malacca. Ins. (Pulo) Pinang et Singapura H. Th. Ins. Philipp. et Hongkong id. Zoll. no. 3076. In sylvis Prov. Lampong-Sumatra ad viam versus Tarabangie, IX, 45. In Prov. Banjuwangie planitie I —III, 57. — *Kallak* inc. Fructus edulis.

2. U. aurita Bl. Fl. J. 16. In Javae occident. montosis.

3. U. dulcis Dun. An. 90. t. 13. *U. javana* Dun. An. 91. t. 14. Bl. An. 17. In sylvis ins. (Nusa) Kambangan. — *Kallak* inc. Sund. et Jav. Bl. Prope Malacca. Griff.; H. Th., Zoll.

no. 2683. In margine fruticetorum pr. Puger litt. australis ins. Javae 16, III, 45.

4. **U. macrophylla** Roxb. In penins. Malaya, Java (?). H. Th. (An *U. littoralis* et *ovalifolia* Bl.??, H. Th.)

5. **U. rufa** Bl. An. 19. t. 4 et 13. In interioribus Pr. Bantam.— *Kallak* inc. Bl. ♄. in sylvis Tjikoya Res. Batavia II, 1843. cor. purpurea. Zoll. no. 998.

6. **U. timoriensis** Bl. An. 21. Ins. Timor, Reinw. — *Kiladja* inc.

7. U. n. sp.?! (si nova **U. ochroleuca** Zoll. dicenda). Ad marginem viae in fruticetis Puger inter et Djember Javae austro-orient. 5, III, 45. Hb. Z. 666.

8. **U hirsuta** Jack Mal. Misc. *U. velutina* Bl. Bydr. 13. et *U. trichomalla* Bl. An. 42. t. 18. (sec. H. Th.). An *U. musaria* Dun. An. 100? An *Funis musarius* Rumph. Amb. V, 78. Tab. 42? In paludosis ad montes parvos calcareos pr. Kuripan Pr. Bogor. Bl., P. Pinang (Jack) Singapura (Lobb.) Hk. f. Th., Zoll. no. 1003. In fruticetis pr. Tjikoya Pr. Batavia 5, I. 1843.

9. **U. trichomalla** Bl. An. 42. tab. 18. In fruticetis udis pr. Tjikoa Prov. Preangan. Bl. VII. floret et fruget.

10. **U. Lobbiana** Hk. f. Th. 100. Prope Malacca (Griff.), Singapura (Lobb.).

11. **U. subrepanda** Wall. Cat. 6483. Hk. f. Th. p. 101. Ad Singapura (Wall.).

B. Petala incurva Bl.

12. **U. argentea** Bl. An. 24. tab. 6 et 13. D. (An sectionis Narum?). In Prov. Bantam, ubi *Kipetjil* inc. (Van Hasselt.) Bl. ibid.

13. **U. concava** Teyss. et Binn. Nat. Tydsch. voor Ned. I. III. pag. 331. Ad m. Salak auctores. In fruticetis planitiei

pr. Rogodjampie prov. Banjuwangie I — III. 1857. Zoll. no. 3797. Etiam IX — XII. 1857.

14. **U. multiflora** Teyss. Binnend. Ibid. IV. p. 397. (An hujus sectionis?). E prov. Bantam in Hort. Bogor. Floret fere per totum annum. *Aroy* (i. e. planta scandens) *kiladja* Sundensium.

15. **U. gamopetala** Zoll. (vide infra). *U. ovalifolia* Bl. planta florens et *U. littoralis* Bl. planta fructificans!

In paludosis pr. Batavia juxta littora. Ad cataractam Ramu prov. Bantam (Van Hasselt), Blume An. p. 26. t. 7. et p. 27. t. 8 et 14. A. — Reperi ad rupes ins. Baron 21, II. 1845. Herb. no. 2700. In hort. bot. Bogor. 31, VIII. 1845. et 12, II. 1846. Herb. Z. no. 742. In planitie Banjuwangie florentem et fructificantem legi 8, III. 1858.

Sectio II. *Narum* Hk. f. Th. p. 101.

16. **U. micrantha** Hk. f. Th. p. 103. In peninsula Malaju. Ibid.

17. **U. parviflora** Hk. f. Th. Ibid. 103. In Malacca et P. Pinang. (Phillps.)

18. **U. Hasseltii** Bl. An. p. 46. t. 21. In sylvis m. Pulusarie in prov. Bantam (Van Hasselt) Bl. ibid. VI. Frutex.

III. *Species quoad genus aut sectionem incertae.*

19. **U. montana** Bl. An. p. 45. t. 20. In summo m. Pangerango. VI. ♄. Bl.

20. **U. rugosa** Bl. Bydr. 12. An. p. 47. t. 22. Ad m. Parang in Prov. Preangan; VI fruget Bl.

21. **U. glauca** Hssk. Walp. Repert. V. p. 14. Arbor Hb. Z. no. 745. Ex H. Bogor. 31, VIII. 1845. *Kaju tijang* inc.

22. **U.? sp.** Hb. Z. no. 657. Ad rupes ins. (Nusa) Baron. 22, II. 1845. Cor. albida, intus lutescente, violaceo-lineata.

23. U.? sp. Hb. Z. no. 775. Arbor in sylvis prov. Lampong ins. Sumatra. IX. 1845.

24. U. sp. n.? Hb. Z. no. 1412. Ex H. B. an *U. sessiliflora* RZ. Herb. Hort. Bogor.? Cor. obscure purpurea.

25. U. sp.? Hb. Z. no. 462. Frutex scandens. Hort. Bog. V. 1844. Etiam 1339. Hb. Z.? Ibid. VI. 1848.

In horto botanico Bogoriensi (= H. B.) adsunt species 6, plerumque javanicae, indeterminatae, quae in herbario meo non occurrunt.

Diagnosen und Beschreibungen.

No. 3. **U. dulcis** Dun.

Ad descriptionem Blumeanam adde:

Pedunculus fructiger ebracteatus calami gallinacei crassitie teres minutissime fulvo-stellato-puberulus superne dilatatus a toro annulo distincto.

Torus carnosus depresso-orbicularis gilvo-pulvernlento-tomentulosus.

Pedicelli toro continui et in carpellis dilatati subtrigoni intus subcanaliculati rubescente-aurantiaci, indumento tori, c. 0,01 m. longi et 0,002 m. crassi.

Carpella magnitudine inaequali subglobosa, clavata s. oblonga utrinque rotnndata interdum medio subtorulosa, 0,008 — 0,02 m. longa diametri circ. 0,01 m., glabra lucida pulcherrime sanguinea, extrinsecus linea longitudinali elevata obsoleta, intus sulcata exarata (haec linea pedicelli continuatio).

Pericarpium subcarnosum albido-aurantiacum gustu fructuum Crataegi.

Semina 2 — 7, carne pericarpii obvoluta, in seriebus 2 parallelis sibimet horizontaliter incumbentia, intermedia oblique ovalia dorso convexa linea obsoleta elevata percursa,

utrinque latere plana, intus acutangula, supremum et infimum hemisphaerica depressiuscula intus plana, inferne umbilico areolato subconcaviusculo margine tumido flavescente-albido, 3-radiatim exsculpto ubi funis umbilicaris testam perforat.

Testa subossea fragilis obscure olivacea glaberrima nitidula rugis obsoletis transversim percursa. *Tunica* interna tenuissima testae pertinacissime adhaerens pallide fuscescenti-flava, lamellis transversis numerosis fere in albuminis centrum penetrans. *Albumen* fere *Uvariae rufae* Bl. (vid. Fl. J. Anonaceae p. 20). Fissurae circiter 9 medio stratum longitudinale tenue albidum haud separantes.

Embryo ejusdem sp. fuscescens. Cotyledones *U. javanae* stratis paucioribus regularioribus quam *U. rufae* Bl. (teste figurae in Fl. J.), parte inferiore minus cava magis albuminis substantia repleta; embryo minutissimus.

No. 7. **U. ochroleuca** Zoll. (si vere sp. n.).

Frutex sarmentosus in arbores altissime adscendens, ramulis longissime pendulis.

Foliis ovalibus, obovato-oblongis acuminatissimis (interdum obsolete repandis, acumine subfalcato) utrinque scabriusculis (supra granulis stellatis, subtus pube stellata), basi subcordatis, pedunculis terminalibus solitariis 1-floris bracteolatis, petalis subaequalibus reflexis, carpellis ovato-oblongis paucis obtusiusculis oligospermis longissime pedicellatis dense stellato-velutinis scabriusculis.

Folia subtus glaucescenti-viridia. Carpella intus magis incurva.

Calyx 3-partitus, laciniis rectis lato-triangularibus obtusiusculis dorso linea carinatis ochroleucis indumento ferrugineo stellato-furfuraceo vestitis.

Corolla 6-petala, petalis subaequalibus subacuminatis patentibus demum reflexis ochroleucis intus paullo pallidiori-

bus dense minutissime stellato-velutinis ovato-oblongis, exterioribus vix longioribus, interioribus basi magis attenuatis (s. melius minus latis) et obsolete obovali-oblongis.

Stamina brevissima superne irregulariter 4 — 6-gona pallide ochracea nitidula, caetera *Uvariae rufae.*

Pistilla centrum tori parvo numero tegentia, staminibus aequalia. Ovaria libera 1-locularia tomentosa. Stylus nullus. Stigmata ovariis continua crassa, truncata plana, supra strato gelatinoso fusco tecta.

Carpella pauca! (4 — 6!) longissime pedicellata majuscula ovato-oblonga obliqua! intus valde convexa et linea elevata distincta notata, extus minus convexa et linea obsoleta percursa, vertice sublaterali, in sulco brevissimo obsolete aiculata, indumento brevissimo stellato scabriusculo! vestita, 1″ longa, diametri $^1/_2$ et $^3/_4$″.

Pedicelli — 1 $^1/_2$″ longi tenaces utrinque subincrassati superne compressiusculi cum carpelli lineis longitudinalibus continuis et indumento.

Pericarpium crassum coriaceum exsuccum strato tenui inter semina continuum.

Semina pauca (4 — ?) abortu 1-serialia s. in series 2 collaterales disposita (in spec. meo dissecto semina 2 superiora superposita, 2 inferiora collateralia!) forma valde variabili, ubi sese spectant compressa, ubi pericarpium tangunt convexa, magna (circ. 4‴ longa, 3 $^1/_2$‴ lata, 2‴ crassa), testa straminea nitida tenui ossea, umbilico valde incrassato albicante, linea funiculari lutescente carinatim cincta. Tunica tenuissima straminea testae arcte adhaerens inter albuminis strata fere usque ad medium intrans.

No. 9. **U. trichomalla** Bl. Villis caulinis fuscis solitariis et fasciculatis horizontaliter patentibus et minutissimis

albidis, sola sub lente conspicuis. Foliis ovalibus validinerviis magis *U. rufae* quam *U. hirsutae* (ut monent Hk. f. et Th.). Flores sectionis *A.* Bl. Petala patentissima vel subreflexa lineari-lanceolata aequalia pollicaria. Stamina dilatata brevia. Flores 3 in apice ramuli, pedunculi vix 2‴ graciles recurvi. Certe haud *U. hirsuta!*

No. 13. **U. concava** Teyss. Binn. Frutex sarmentosus, foliis elliptico-oblongis acuminatis basi rotundatis glabris supra nitidis, pedunculis oppositifoliis solitariis petiolo 2-plo longioribus bracteolatis, petalis aequalibus rotundatis concavis scabriusculis, carpellis longe pedicellatis acutis atro-sanguineis.

Frutex sarmentosus, caudice tereti, cortice longitudinaliter et tenuiter rimoso, atro-griseo.

Rami pendentes teretes, ramuli ultimi subdistichi teretes obscure virides oculo nudo glabri sub lente sparse ferrugineo-furfuracei.

Petioli subincrassati tenaces superne canaliculati infra obscure virides, ut nervus medius sub lente ferrugineo-furfuracei, 8 mm. longi.

Stipulae! (0?).

Folia bifaria horizontalia elliptico-lanceolata apicem versus interdum sublatiora, ad 150 mm. longa increscentia, ad 7 mm. lata integerrima subpellucide marginata et obsolete undulata subcoriacea obtusiuscule breviterve acuminata basi acutiuscula oculo nudo glabra, supra nitida laete viridia, infra pallidiora sub lente sparsim stellato-furfuracea minutissime albido-punctulata, venis utrinque subprominulis marginem versus arcuatis, venulis tenerrime reticulatis.

Pedunculi solitarii uniflori terminales seu oppositifolii subarcuati crassiusculi tenaces paullo supra basin 1-bracteati

densissime atro-ferruginei stellatim furfuracei, ad 15 mm. longi, 2‴ crassi.

Bracteae: cicatrix semicircularis . . . . .

Alabastrum subdepresso-globosum flavescens vix umbonatum, 10 mm. diam., verruculis atro-ferrugineis pilosis stellatim tectum inter easdem dilute ferrugineo-furfuraceum.

Calyx 3-sepalus, sepalis reflexis concavis coriaceis latoovatis acutis, extus indumento alabastri, intus glabris, ad 12 mm. longis, ad 8 mm. latis.

Petala insignia subaequalia basi subcoalita reflexa ad apicem cucullatim inflexa! subspathulata, basi 5 mm. lata, superne ad 20 mm. lata, 30 mm. longa rotundata, extus sub lente fusco-stellato furfuracea, intus paullo glabriora intense atro-purpurea crassiuscula.

Stamina numerosissima subhemisphaerico conglobata lateribus tori ovato-conici inserta, petalis multo breviora (3 mm. longa) subtetragona turbinata (obverse tetraëdra?), connectivo apice convexiusculo rhomboideo sordide luteo.

Pistilla centro tori infixa agglutinata staminibus longiora sordide glutinoso-lutea. Stigmata in discum areolatum convexiusculum conferta.

No. 15. **U. gamopetala** Zoll.

Es ist leicht nachzuweisen, dass die Arten Blume's: *U. ovalifolia* und *U. littoralis* nur eine Species sind. Jene hat Blume nur im blühenden Zustande gesehen, diese nur im fruchttragenden, in welchem die Blätter glatt geworden sind, während die jungen noch mit einem äusserst feinen, sternförmigen Mehl überzogen sind. Beide Namen Blume's sind nicht passend, einmal weil die Pflanze auch im Innern und nicht bloss am Strande vorkommt, und zweitens weil die Blätter länglich-oval und nicht oval sind. Ich habe daher

einen neuen Namen gewählt für die zwei vereinigten Arten, und zwar von dem auffallenden Charakter der hochverwachsenen (bis zu $^1/_5$!) Kronenblätter, wie dies bei keiner andern Art in dem Maasse der Fall ist.

Die reformirte Diagnose sei:

Frutex flaccidus, foliis oblongo-ovalibus acuminatis basi rotundatis s. saepius leviter cordatis, adultis glabris (s. vix in venis minutissime stellato-scabriusculis; pedunculis 1—3-floris basin versus caduce 1—3-bracteolatis, petalis subaequalibus acutis demum margine recurvis unde prima fronte rotundatis a basi ad $^1/_5$ altitudinis coalitis, carpellis breviter pedicellatis inaequalibus, monospermis et subglobosis usque ad 6-spermis et cylindricis, obsolete torulosis atro-purpureis.

Frutex 3—6′ haud sarmentosus sed cum ramulis subhorizontalibus subflaccidus.

Flores U. ovalifoliae Bl.

Fructus U. littoralis.

Folia basi rotundata vel freqnentius leviter cordata! usque ad $10^1/_2$″ longa et $3^f/_2$″ lata unde nomen *ovalifolia* haud proprium. Folium quod 260 mm. longum, in medio 95 mm. latum, cum petiolo 8 mm. longo.

Folia juniora (*ovalifolia* Bl.) sub lente stellato-furfuracea, infra glabriuscula in venis solummodo rufo-stellato-furfuracea; adulta utrinque, exceptis venis infra glabra (ut in *littorali* Bl.).

Petala lata acuta demum margine tennissime revoluta unde primo adspectu rotundato-obtusa 15—16 mm. longa, 8—9 mm. lata patentia, basi decidue gamopetala! a basi pro 2—3 mm. in altitudine coalita, indumento cinnamomeo-velutino, intus ab impressione staminum areolata.

Stamina seriei extremae subpetaloidea tenera subspa-

thulata obtusa centrum versus crassiora 6-angulata, apice truncata.

Carpella 1-sperma ad 18 mm. longa, 10 mm. crassa globosa usque ad 6-sperma ovalia seu subcylindrica obsolete torulosa, 10—50 in toro vix incrassato, seu sec. Blumei descriptionem: valde incrassato subapplanato, matura atro-purpurea dulcidula, pulpa carnea. Pedicelli 1‴ — $^3/_4$″, maturi nigro-purpurascentes.

Ad viam publicam in planitie inter Banjuwang et Rogodjampi 4, II, 58. floret et fruget.

Die Staubbeutel in 15 Reihen, die Reihen rechts und links aufsteigend, bald 8, bald 9 enthaltend, in den senkrechten Reihen 4 und 5 abwechselnd; die Spiralreihen nach rechts 9, nach links 8. Die Pistille scheinen dieselben fortzusetzen, sind aber so verwachsen, dass es schwer fällt, ununterbrochene Reihen zu unterscheiden.

No. 24 b. **U. sessiliflora** R. Z.! Planta ex hort. bot. Bog. accepi.

Foliis breviter pediccllatis bifariis basi subobliquis vix cordatis rotundatis oblongo-lanceolatis subobtusis supra glabris infra obsolete puberulis, floribus solitariis sessilibus paulo sub petiolo ortis extus sordide velutinis; carpellis subsessilibus 1-spermis et globosis vel 2-spermis et oblongis subtorulosis obtusis glabriusculis. Petala purpurea subaequalia sectionis *primae*.

3. Ellipeia Hk. f. Th. Flor. ind. p. 104.

1. **E. cuneifolia** Hk. f. Th. ibid. Pr. Malacca (Griff.).

Tribus II. **Mitrophoreae** Hk. f. et Th. p. 104.

4. Popowia Endl.

1. **P. pisocarpa** Endl. Walp. Repert. I. p. 74. *Bocagea pisocarpa* Bl. An. p. 90. tab. 45. *Guatteria pisocarpa* Bl. Bydr. p. 21. Ad pedem m. Parang in Prov. Preangan (Blume). VII — VIII. Hb. Z. no. 653? In rupibus pr. Puger prov. Bondowosso II. 1845. Arbuscula.

2. **P. ramosissima** Hk. f. Th. p. 105. *Guatteria* Wall. in penins. Malayana, ins. (P.) Pinang.

5. Goniothalamus (Bl. An. sub *Polyalthia*) Hk. f. Th. p. 105.

1. **G. macrophyllus** Zoll. *Polyalthia macrophylla* Bl. An. 79. *Unona* Bl. Bydr. p. 17. In declivitatibus m. Salak et in m. Seribu (Bl.) Utraque local. in Prov. Bogor. Hb. Z. 29. In sylvis primaevis m. Salak 2 — 3000′. 30, XI, 42 Cor. virescenti-flavida.

2. **G. Malayanus** Hk. f. Th. p. 107. Pr. Malacca (Griff.).

3. **G. giganteus** Hk. f. Th. p. 109. *Uvaria gigantea* Wall. Cat. 6469. A. et B. (partim). In penins. Malaya sylvis vulgaris. Wall. Griff.

6. Orophea Bl. Bydr. p. 18. *Bocagea* Bl. Fl. Jav. An. p. 81 (non St. Hilaire). Hk. f. Th. p. 110.

1. **O. hexandra** Bl. Bydr. p. 18. *Bocagea* Bl. An. p. 83. tab. 40. In montibus ortus recentioris Javae occid. in collibus calcareis Tjampea et Fruripan prov. Bogor in mont. Meyamendung et Gede, prov. Preangan.

2. **O. corymbosa** Zoll. *Bocagea* Bl. An. 85. t. 41. In sylvis m. Tjirimai prov. Tjeribon ad 3000′, Blume. Zoll. no. 2638? Ad rupes rivuli Gunturan versus m. Lampongan 1200—2000′ in prov. Probolingo 18, I. 1845.

3. O. enneandra Bl. Bydr. p. 18. *Bocagea* Bl. An. 87. t. 42. In fruticetis littoris. Ins. (Nusa) Hambangan.

4. O. celebica Zoll. *Bocagea* Bl. An. p. 88. t. 43. In sylvis ins. Celebes, Reinwardt.

5. O. latifolia Zoll. *Bocagea* Bl. An. 89. t. 44. In montibus Karang, 3—4000′, prov. Preangan, Van Hasselt. Zoll. no. 2688? Frutex in sylvis prope Puger prov. Bondowosso. Planities in vicinitate littoris. 18, II. 1845.

Species indeterminatae et quoad genus incertae.

6. O. sp.? Hb. Z. 491. Ad laculum (Telaga) Warma in m. Megamendung, 5000′. Arbuscula V, 44.

7. O. sp.? Hb. Z. 1316. Hb. B. 25. VI, 48. Arbuscula.

8. O. sp.? *Artabotrys?* Hb. Z. 1364. H. B. 25. VI, 48.

9. O. sp.? *Artabotrys?* Zoll. no. 2370. In monticulis calcareis pr. Sri Gontjo pr. Malang. Cor. lutescente, apice rufo-tincta. 16, X, 44. ♄.

Oropheae? japonicae. Ex Japonia no. 601. 608. 630.

No. 2. **Orophea corymbosa** Bl. Ad descriptionem Blumeanam (Flor. J. Anonaceae p. 86) adde:

Carpella plerumque duo, rarius solitaria sessilia ½-pollicaria (an vere matura?) clavato-cylindracea apice obtusa basi sensim attenuata, pilis adpressis obsessa, intus linea vix conspicua pallidiore notata, olivaceo-fusca, semine solitario (an semper?) indehiscentia, subexsucca.

Semen (an semper?) unicum erectum oblongo-cylindraceum utrinque obtusum, altero latere longitudinaliter linea albida notatum, transverse rugulosum.

Testa (in semine immaturo?!) coriacea subpellucida fuscescenti-flava, ab albumine (ejusdem status) corneo trans-

verse sublamellato distincta. Embryo *Bocageae hexandrae.*

Specimina mea ab arbuscula erecta stricta valde ramosa carpta sunt.

Truncus teres crassitie femoris, usque ad 20′ altus ante ramificationem.

Folia minus pubescentia quam cl. Blume monuit supra glabriuscula. Indumentum subtus oculo nudo vix conspicuum. Juniora purpurascentia.

Corymbi in sp. meo brevissimi simplices v. bifidi interdum sessiles pauciflori.

Petala rosea lutescenti-tincta.

7. Mitrephora (Bl. An. p. 13. sub *Uvaria*) Hk. f. Th. p. 112.

1. **M. obtusa** Hk. f. et Th. p. 113. (*Uvaria obtusa* Bl. Bydr. p. 13. An. p. 32. t. 10 et 14 C.) In sylvis declivia borealia m. Salak obtegentibus. — *Kisauhüng*, *K. lalaki* (i. e. mas), *K. hidung* (i. e. nigra) inc. Sundan. Arbuscula. Zoll. no. 2986. In Hb. B. 16. VIII. 45. Cor. lutea, purpureo-lineata.

2. **M. humilis** Zoll. *Unona* Bl. Bydr. p. 17. *Uvaria* Bl. An. 34. t. 11. In montosis Javae occident. toto fere anno florens Bl. Zoll. no. 2135? Frutex ad m. Gede. V. 44. Cor. rufescente lutea.

3. **M. polypyrena** Zoll. Bl. *Uvariae* sp. An. 34. t. 12 et 14 D. In m. Menara ad terminos occidentales in prov. Bogor., Kuhl. An in H. B. sp. no. 23? Sec. Bl. etiam Cananga sylvestris prima s. trifolia Rumph. H. Amb. II. p. 197. t. 65. f. 1.

4. **M. macrantha** Hassk. Retzia in Tydschr. Nat. voor N. J. X. p. 116. no. 76. Ex prov. Bantam in H. B. — *Kiladja* inc. no. 1716. Hb. Z.

Species dubia.

5. **M.? excelsa** Hk. f. Th. p. 114. *Uvaria excelsa* Wall. Cat. 6477. In penins. Malaya ad Pinang, Wall.

Tribus III. **Anoneae.**

8. Anona L.

1. **A. squamosa** L. sp. 757. „In hortis ubique culta et saepe in dumetis subspontanea.“ Hk. f. Th. Fere semper floret et fruget. — *Sirikaja* mal. (haud *Bua nona* ut cl. Bl. in An. p. 107 putat). Ubique culta sed supra 2000′ vix maturitatem attingit. Zoll. no. 2488. 3, XI. 44. Arbuscula humilis vix coronam compactam proferens.

2. **A. reticulata** L. spec. 757. Ut prior spec. In insulis archipel. fere omnibus ♄ humilis. Zoll. no. 992. pr. habitacula terrae Tjikoja frequens. 30. XII. 42. *Bua nona* Mal. *Manoa* per abbreviat. Prope Litjin prov. Banjuwangi haud raro subspontanea occurrit.

3. **A. muricata** L. Cum praecedentibus. Zoll. no. 1162. In hortis Tjikoja, Batavia etc. 10. III. 43. Arbusculae corona densior subelongata. In insulis Florae Malesianae sat frequens in prov. Banjuwangi planitie praeced. frequentior! *Nangka walanda* Mal. (i. e. Artocarpus integrifolia europaea!) s. *Zuurzak* Batav. (i. e. saccus acidus).

Dass dieser Baum weit weniger angepflanzt werde, als die zwei erstgenannten, wie Hook. fil. et Thoms. Fl. ind. p. 115 behaupten, ist wenigstens für den indischen Archipel gegenwärtig nicht mehr gültig. Die Europäer ziehen im Allgemeinen die Frucht der der 2 andern Arten weit vor, und pflanzen daher den Baum überall an, wo sie sich niederlassen. Die Frucht der *A. squamosa* L. selbst ist wieder schmackhafter als die der *A. reticulata* L., die fad süsslich ist. In

P. Pinang, Singapura, auf Java überall wird die *A. muricata* L. in Menge gezogen. Sie wächst schneller auf und trägt zuweilen schon im dritten Jahre Früchte.

Tribus IV. **Xylopieae.**

9. Melodorum Dun. (Bl. An. Sect. *Uvariae* p. 13.)

Sect. I. *Eumelodorum* Hk. f. Th. p. 116.

1. **M. latifolium** (Dun.) Hk. f. Th. p. 117. *Unona latifolia* Dun. An. 115. *Uvaria latifolia* Bl. An. 37. t. 15 et 25A. *Uvaria longifolia* Bl. Bydr. 13. In sylvis maritimis ins. (Nusa) Kambangan; in Javae sylvis interioribus ad pedem montium, usque ad 2500′, ex gr. pr. Tugu, in m. Salak et Gede etc. Bl.; in penins. Mal. ad Malacca (Griff.) Hk. f. Th., Hb. Z. 957?! In H. B. 12, II, 46. Hb. 966. ♄ ad rivulum pr. Tjikoja 25, XII, 42. no. 3135. Prope Tjikanjawar ad pedem m. Megamendung, circ. ad 3600′. 24, XII, 45. Cor. roseo-cinnamomea. Rumph. in Moluccis. In Philipp. Cuming. 1548.

2. **M. lanuginosum** Hk. f. Th. 117. *Uvaria lanuginosa* Wall. Cat. 6454. Ad P. Pinang et Singapura.

3. **M. manubriatum** Hk. f. Th. p. 118. *Uvaria manubriata* Wall. 6456. Cuming. 2339. In penins. Malaya vulgaris.

4. **M. sphaerocarpum** Zoll. *Uv. sphaerocarpa* Bl. Bydr. 12. Anon. p. 39. t. 16. In declivitate occidua m. Salak Bl. cum fructu IV.

5. **M. fulgens** Hk. f. Th. 120. *Uv. fulgens* Wall. Cat. 6482. *Uv. Finlaysoniana* id. 6793 ad Malacca Griff. et Singapura Wall. In Philipp. Cuming. 2345.

6. **M. prismaticum** Hk. f. Th. p. 121. *Uv. prismatica* Wall. Cat. 6455; P. Pinang Wall., Malacca Cuming. 2344, Singapura Wall.

Sect. II. *Kentia* Bl. (An. p. 71. *Polyalthiae* Sect.) Hk. f. Th. p. 122.

7. M. Kentii Zoll. *Unona Kentii* Bl. Bydr. p. 16. *Polyalthia Kentii* Bl. An. p. 77. t. 38 et 52 A. Hb. Z. 744. H. B. 31, VIII. 45. ♄. „In sylvis humectis m. Salak hortulanus W. Kent detexit, IX tam floribus quam fructibus.“ Bl.

8. M. elegans Hk. f. Th. p. 122. *Uv. elegans* Wall. (non Bl.) In ins. Pinang. Wall. Cat. 6474.

9. M. pisocarpum Hk. f. Th. 123. In sylvis pr. Malacca. Griff.

10. M.? reticulatum Hk. f. Th. p. 94. *Uvaria reticulata* Bl. An. 50. t. 24. In interioribus prov. Bantam. Van Hasselt. — Inc. *Kaladja* vocant. H. 2885? Inter Gambiran et Kradenan planitiei pr. Banjuwangi. 10, V, 45. *Wanitan* Javens. Cor. albida. ♄.

10. Habzelia DC. Hk. f. Th. 123.

1. H. ferruginea Hk. f. Th. ibid. In penins. Malaya ad Malacca, Griff.

2. H. oxyantha Hk. f. Th. 124. *Uvaria oxyantha* Wall. Cat. 6478. In ins. Singapura Wall.

11. Xylopia L. Hk. f. Th. 124.

1. X. Malayana Hk. f. Th. 125. Malacca, Griff.

2. X. caudata Hk. f. Th. 125. *Guatteria? caudata* Wall. Cat. 6452. Singapura, Wall. Malacca, Griff.

3. X. sp.? (sec. Moritzi) no. 709. In sylvis humidis terrae Tjikoja prov. Batavia 22, IX, 42.

Tribus V. Guatterieae.

12. Artabotrys R. Br. Hk. f. Th. 127.

1. A. Blumei Hk. f. Th. p. 128. *A. odoratissimus* Bl. An. 59. t. 28 et 31 B. — „In Javae sylvis regionum depressiorum“ Bl. Hongkong, Champion.

2. A. odoratissimus R. Br. *A. hamatus* Bl. An. 60. t. 29 et 31 C. Java ad radices montium Bl.“— „In Zeylonia et Mal. forsan indigenus in hortis saepissime cultus.“ Hk. f. Th. 128.

3. A. suaveolens Bl. An. 62. t. 30 et 31 D. *Unona suaveolens* Bl. Bydr. 17. *Warimetten* Amb., *Duri Karban* Mal. (Spina bubalorum). *Aroy kiladja lalaki* s. *kilaginga* Sundan. P. Pinang Silhet, Wall. 6416. Malacca, Griff. Java, Balie Bl. In Moluccis, Rumph. Hb. Z. 743. ♄. scandens ad m. Salak. 31, VIII. 45.

Quid Zoll. no. 961.* = 69. Hb. Z. ♄. scandens ad cataractam Tjigalin in terra Tjikoja 25, XII. 1842? Hb. Z. X. (mixta cum 743. Hb. Z. supra)?

13. Cananga Rumph. II. p. 195. (t. 65.) Hk. f. Th. 129.

1. C. odorata Hk. f. Th. 130. *Uvaria odorata* Lam. Bl. 29. t. 9 et 14. B. Per totum Archipelagum et in Asia tropica ubique culta. — *Kananga* inc. Spontanea ad pedem m. Parang pr. Preangan. Bl. Ava Wall. Tenasserim Griff. Zoll. no. 1331. Prope habitacula in terra Tjikoja 29, V, 43.

14. Unona L.

Sect. 1. *Desmos* Hk. f. Th. 131.

1. U. Dunalii Wall. Cat. 6425. Ins. Pinang. Wall. (Etiam in Concan et Chitagong.)

2. U. discolor Vahl. Hk. f. Th. 132. Bl. An. 53. t. 26 et 81. A. *U. biglandulosa* Bl. Bydr. 16. „Per totam Ind. australiorem et humidiorem in sylvis tropicis usque ad Himalaya. Hk. f. Th.“ Zeylon. Malaya, China austr. In prov. Preangan (pr. Tjikao), Tjeribon, Djocjokarta Bl. Tjilankakan, Van Hasselt. Hb. Z. 1142. Pr. cataractas Bonthain ins. Celebes XII, 47. no. 2657. ♄ in fruticetis Prov. Banjuwangi

frequentissima, praecipue in planitie 3, II, 45. Cor. viridescens, demum luteo-ochroleuca.

β. bracteata Bl. An. p. 55. = *δ. latifolia* Hk. f. Th. p. 133. In prov. Krawang Bl. Banjuwangi Zoll.

3. U. Desmos Dun. Hk. f. Th. p. 134. *U. pedunculosa* Wall. Cat. 6422.

Ava, Tenasserim, Malaya.

Sect. II. *Dasymaschalon* Hk. f. Th. 134.

4. U. Dasymaschala Bl. An. p. 55. t. 27. *U. discolor* Wall. Cat. 6426. Prov. Bantam pr. Lebak in sylvis. Van Hasselt et Spanoghe.

α. Blumei Hk. f. Th. 135. 962. Hb. Z. 3241. ♄ in Hb. B.

β. Wallichii Id. ibid.

Ava, Tenasserim, Malaya. Wall.

Sect. III. *Pseudo-Unona* Hk. f. et Th. 135.

5. U. virgata Bl. Bydr. 14. *Uvaria* Bl. An. 43. t. 19 et 45. B. In montosis Salak. *Kisauhün* Sund. Bl. ♄. XII.

6. U. acuta Zoll. *Uvaria acuta* Teyss. et Binn. N. T. voor N. J. IV. 398. E montosis prov. Bogor. in H. B. V—VI. *Aroy kitjantjong* Sund. In Herb. Zoll. sine no.

Species dubiae.

7. U. stenopetala Hk. f. Th. 136. Java! Tenasserim. Lobb.

8. U. cauliflora Hk. f. Th. 137. In ins. Singapura. Lobb.

9. U. sp.? no. 1089. Scandens in sylvis pr. Tjikoya. 18, II, 43.. Cor. luteola?

10. U. sp.? Hb. 1510. ♄. s. arbuscula in sylvis Tjikoya subscandens. Cor. lutescenti-albida. 21, VIII, 43. An eadem sub Hb. Z. 687? ad ripas rivulorum pr. Gradjakan in prov. Banjuwangi. 5, III, 45.

15. Polyalthia Bl. (§. 1. An. p. 70.) Hk. f. Th. p. 137.

1. P subcordata Bl. An. p. 71. tab. 33 et 36. B. *Unona* Bl. Bydr. 15. In montosis Javae occident. ad 1500′! *Kitjantung* s. *Balunanjuk*. Sund. Hb. 797, in collibus Angsana pr. Jasinga pr. Bogor. 18, X, 42. Cor. ex ochroleuca ad luteam.

2. P. elliptica Bl. An. 73. t. 34 et 36 C. *Unona* Bl. Bydr. 15. In montosis Seribu et aliis Bl. Ex interioribus prov. Bantam, Van Hasselt et Spanoghe.

3. P. cinnamomea Hk. f. Th. p. 138. *Guatteria* Wall. Cat. 6444. In ins. Pinang et Singapura, Wall.

4. P. obliqua Hk. f. p. 138. Ad Malacca, Griff. Borneo, Lobb.

5. P. cauliflora Hk. f. Th. ib. *Uvaria* Wall. Cat. 6476. Ins. Singapura, Wall.

Species dubia.

6. P. sp.? *P. mollis* Zoll. ined. Hb. no. 3532. ♄. in H. B. ex Javae sylvis V, 1848. Cor. rufo-lutescens. An generis *Melodori?*

16. Guatteria Ruiz et Pavon. Hk. f. Th. p. 138. Bl. An. 92.

1. G. imbricata Bl. An. 94. t. 46 et 52. C. In m. Solassi prov. Bogor parte occidentali Bl. In m. Payong prov. Bantam, Van Hasselt.

2. G. macrophylla Bl. Bydr. 19. An. 96. t. 47. In collibus calcareis Kuripan prov. Bogor. — *Kisanhün* inc. Sund.

β. Bragma Bl. ib. 97. *Guatteria Bragma* Bl. Bydr. 20. In sylvis littoris (ins.) Nusa Kambangan. *Bragma* inc. Bl. Hb. 962. In sylvis ad cataractam Tjigalin in terra Tjikoya 25, XII, 42. Cor. virescenti-luteae.

γ. glabrata Bl. ib. 97. Apud Tjilankahan prope mare in prov. Bogor, Van Hasselt.

3. G. pallida Bl. Bydr. 20. An. p. 97. t. 48. „In fastigio Menara m. Seribu haud procul a pago Rompin pr. Bogor et in monte vicino Mondara.“ Bl. (i. e. m. Menara?!). Fruget VI.

4. G. littoralis Bl. An. 99. t. 49 A. In ins. parvula freti sundaici a Batavis „Dwars in de weg“ dicta, Van Hasselt. Zoll. in sylvis littoris pr. Puger (Hb. Z. 652. 18, II.) et Nusa Baron (Hb. 2718. 22, II, 45). Javae austro-orientalis. Frutex.

5. G. Jenkinsii Hk. f. Th. 141. Assam, Jenkins. Silhet, Malacca, Griff.

6. G. laterifolia Bl. Bydr. 20. An. p. 100. t. 50 et 52 D. Ad m. Salak et Gedé. *Kisauhün* Sund. Bl. VII.

7. G. eriantha R. Z. Hb. Z. 1714. Ex H. B. et ins. Java. In H. B. *Guatteriae* indet. no. 5.

8. G. nitida DC. Mém. 41. Hk. f. Th. 143. Ad Javoy Wall. Cat. 6439. Singapura, Lobb.

9. G. biglandulosa Bl. An. 102. t. 51. Hk. f. Th. 743. In montibus prov. Bantam, Spanoghe. Malacca, Griff.

10. G. Toralak Bl. An. 103. t. 53. A. In sylvis apud Kollelet Hort. Kent., Bl., Zoll. H. 671. Prope Sambora ejusdem prov. inter habitacula indigenarum, qui *Turalak* vocant. 17, IX, 42.

11. G. canangioides R. Z. Hb. n. 3047. Hb. Z. no. 1717? E prov. Lampong ins. Sumatra, ubi nomine *Kaju vac* ab inc. saluta. In H. B. etiam introducta.

12. G.? sp. H. 1280. Arbuscula ad m. Pulusarie prov. Bantam 11, V, 43. Cor. flavo-albida. Fructus rubri.

13. G.? incerta Bl. An. 100. t. 49. B. In montosis prov. Bantam, Van Hasselt.

14. G.? sp. n.? Zoll. H. no. 3251. ♄. Pr. Bantam in H. B. introducta, ubi legi. 18, II, 47. Cor. griseo-lutescens.

15. G.? sp. Zoll. Hb. 2445. Fruticulus cor. atro-purpurea. In rupestribus littoris prov. Malang Javae austro-orientalis.

Descriptiones.

No. 7. **Guatteria eriantha** R. Z. Ramulis virgatis, albidis, foliis lanceolatis utrinque acuminatis valide costatis supra glabris subtus in venis rariter adpresse pilosis, pedunculis axillaribus et lateralibus 1-floris, bracteis 2—3 alternis ut partes ceterae florales albido-velutinis, petalis angustis acuminatis exterioribus sensim longioribus.

No. 11. **Guatteria canangioides** R. Z. Foliis lanceolatis acuminatissimis (olim etiam reperi subacuminatis) basi subobliquis supra nitidis subtus sub lente vix puberulis (etiam vidi basi acutis subtus in venis pilosis), pedunculis axillaribus brevissimis solitariis 1-floris ad basin et apicem bracteolatis, floribus omnino *Uvariae Canangae,* petalis subaequalibus lanceolatis obtusis apertis ($^1/_4$—$1\,^1/_2$″ longis) e viridi in flavidum decolorantibus, carpellis numerosissimis longe stipitatis glabris ovoideis *pisi* magnitudine. (An species 2 confusae?)

17 **Anaxagorea** St. Hil. Bl. An. p. 64. Hk. f. Th. 144.

1. **A. javanica** Bl. ib. 66. t. 32 et 36 A. In sylvis submaritimis pr. Batavia, Reinw., apud Anjer in pr. Bantam, Bl. Zoll. Hb. 509. in sylvulis Tjikoya (ad 250′ s. m.). 17, VIII, 42. Cor. flor. masc. aurantiaca.

2. **A. Meyeriana** Zoll. Zu Ehren des Hrn. A. J. Meyer, des frühern Besitzers von Tjikoya, so genannt, der mich nach Java gerufen, väterlich aufgenommen und in allen meinen Forschungen auf's Eifrigste unterstützt hatte.

Plantae totius imprimis foliorum villositate densissima a praecedente differt. Diagnosis in herbario Franquevilleano po-

nenda erit Hb. 710. Frutex ut praecedens in sylvula pr. Tjikadu ad finem Tjikoya. 9, X, 42. Cor. virescens.

18. Oxymitra (*Polyalthia* Bl. §. *Oxymitra* p. 71.) Hk. f. Th. p. 145.

1. O. cuneiformis Zoll. (*Polyalthia* Bl. An. 75. t. 35, 36 D. et 37. *Guatteria cuneiformis* Bl. Bydr. p. 19. In sylvis m. Salak. Bl. *Aroy Kitjan tjung* Sund., Zoll. Hb. 1068. (= 914*). In sylvis pr. Tjikoya et Sambora prov. Bantam sat frequens. Frutex sarmentosus, XII, 42. II, 43. Hb. Z. 965. var.

β. angusta Hb. B. 12. II, 46.

2. O. latifolia Hk. f. Th. 145. Ins. Pinang, Philipps.

3. O. glauca Hk. f. Th. 146. Ibidem idem.

19. Phaeanthus Hk. f. Th. 146.

1. Ph. nutans Hk. f. Th. 147. *Uvaria nutans* Wall. Cat. no. 6481 in Singapura. Malacca, Griff. Ins. Moluccanae, Hk. f. Th.

20. Anomianthus Zoll.

1. A. heterocarpus Zoll. *Uvaria heterocarpa* Bl.? An. 41. t. 17. „Verosimiliter in interioribus prov. Bantam," Van Hasselt, Bl., Zoll. no. 3819. Inter saxa calcarea reg. littoralis pr. Sumanap ins. Madura. — *Kallak* inc. 8, XII, 56. Cor. carneo-lutescens, fructus aurantiacus edulis. Frutex humilis a basi ramosus. Gen. novum suo nomine ob florum structuram salutatum. *Sepala* 3, 3-angularia. *Petala* aestivatione valvata, *exteriora* minora exacte transitionem calycem inter et petala interiora (quoad formam, magnitudinem et colorem cum indumento) formantia, cinnamomeo-villosa, obtuso-subundulata, *interiora* elongata exterioribus 2-plo longiora basi angustata concaviuscula subinflexa (superne dilatata tenuiora extus villosula). *Stamina* in toro hemisphae-

rico numerosa arcte conglomerata linearia, *connectivo* truncato-convexiusculo irregulariter angulari. *Ovaria* c. 12, linearia angulata villosa, supra plana pilosa. *Fructus* obtusatus 1 — 6-spermus; monospermus rotundatus, pisi minoris magnitudine, *semine* subgloboso. *Semina*, si plura, ad suturam alternatim inserta, extrema subhemisphaerica, caetera compressa. *Bacca* completa 4 — 6-locularis ob endocarpium suberosum inter semina prolongatum. *Stipites* baccarum 1 ½ — 6″ longi subfiliformes velutini, baccae usque ad 6‴ longae et 3‴ crassae. *Semina* griseo-hepatica, ad ambitum linea lutescente notata, 2‴ in diametro et ad 1‴ crassa.

21. Sarcopetalum Bennett Horsf. plant. jav. rar. 165.

1. S. Horsfieldii Benn. ib. tab. 35. In sylvis submaritimis prov. Banjumas, Horsfield. 1814. — *Kallak* Javens.

Coniferae Mexicanae

ex catalogo clar. Roezl translatae, cum observationibus in Pinastros Germaniae nec non in Coniferas Mexicanas

auctore

D. F. L. de Schlechtendal.

I. Coniferae Mexicanae Roezlianae.

Ex indice Coniferarum Mexicanarum venalium ab hortulano B. Roezl edito, cui titulus:

Catalogue des graines de Coniferes Mexicains, qui se trouvent chez J. Roezl et Co. à Napoles pres Mexico. La plupart dècouverts, décrits et récoltés par B. Roezl, ancien élève des jardins du comte F. de Thun à Tétschen en Bohème; du baron Ch. de Hugel, à Vienne; ancien jardinier en chef à Medica, en Gallicie (comte Powlikowsky) et à Telsch, en Moravie (comte Leopold Podstatzky Luhlenstein), ancien chef de culture de l'institut horticole du gouvernement belge etc. etc. Mexico: Inprimerie de M. Murguia, rue del Áquila de Oro. Juin 1857. min. 8. 34 pag.

descriptiones Coniferarum, maxima pro parte novarum et lingua gallica conscriptarum, in latinam transscribimus, ut plantas

ipsas in hortos nostros intrantes cum iis conferre liceat. Venalia sunt semina, venales sunt coni cum ramo foliato, sed vario pro pretio. Pinus generis coni cum ramo pro duobus thaleris mexicanis habebis (= 2 Thlr. 28 Sgr.) centumque conos centum specierum diversarum pro 150 thaleris Mexic. (= 220 Thlr. Pr.), pro Stroborum vero conis cum ramo quinque thaler. Mex. solves (= 8 Thal. Pr.), *Abietis religiosae* et *hirtellae* conos pro duobus Thaler. Mexic. habebis (= 2 Thlr. 28 Sgr. Pr.) et sic porro.

De patria loquens auctor, qui per annorum seriem variis in hortis Europaeis hortulanus fuit et in diario „Flore des serres“ interdum nominatus est, asserit, omnes hasce Pinuum species repertas esse altius quam 8000 pedes, hinc in Europa media et australi nil obstare earum culturae; in septentrionali Europa autem snb diu vivere nequeunt, nulla enim species Mexicana ad hunc usque diem in hortis Germanicis culta hiemis saevitiam superavit.

Superest ut paucis tantum verbis de speciebus in hoc catalogo propositis sententiam nostram dicamus. Nomina quibus auctor species suas donavit, magna ex parte virorum memoriam, nunc plane ignotorum, nunc vario modo notorum, amicorum, fautorum, promotorum servant, alia ex loci natalis nomine desumpta haud optima sunt, alia porro ex charactere quodam imposita sunt, alia jam prius adhibita nomina revocant, quod vituperandum, synonymiam enim augent. Si species perlustras, plures reperies inter se maximopere simileś eodemque loco repertas, quas varietates crederem. Mirum praeterea videtur, auctores et peregrinatores priores, quamvis iisdem locis colligentes, auctoris nostri species non vidisse, nec eum aliorum species, hinc facile fieri possit, nonnullas species hic propositas jam notas esse, nec ab auctore recognitas. Monendum quoque, diagnoses perbreves saepius

esse characteresque levis momenti praebere. In fructu Pinuum, magis quam vulgo creditur variabili, ut ex *Pinu sylvestri* nostro discere possumus, differentiae specificae caute petendae sunt, ut in appendice cum aliis notitiis de Pinubus Mexicanis nobis sublatis ad calcem demonstrabimus. Quae addidimus in notis supposuimus, textum sancte servavimus.

Cupressus.

1. Cupressus Lindleyi (Klotzsch). Arbor 15 metr. attingens. Rami distantes, baseos patentes v. reflexi, fastigii recti. Crescit inter Angangueo et Tlapuxahua, alt. 8—9000 ped.

2. Cupressus Knightiana (Hort.). Arbuscula valde vegeta, celerrime crescens.

3. Cupressus Uhdeana (Gord.). Arbor ramis patentibus, ramulis majoribus et minoribus numerosis cylindricis, foliis valde tectis. Folia squamiformia arcte adpressa, basi decurrentia, apice leviter distantia, acuta.

Taxodium.

1. Taxodium distichum (Rich.). Rami ramulique patentes. Folia linearia disticha.

Carrièrei opinionem omnino amplector, qui credit, sub *T. distichi* nomine plures species latere. Nunquam crederem, *Taxodium*, a me in sylva ad Chapultepec, in locis Tescoco vicinis, ad Popotla et ad Cholula visum, idem esse ac illud in Louisiana valde copiosum, quod describitur trunco 4 metr. in circuitu metiente, dum Mexicanum ex locis supra indicatis truncum habet 10, 12, 16 immo 20 metr. in peripheria metientem, inprimis Cholulense quod omnium notorum maximum (Roezl).

Juniperus.

1. **Juniperus Mexicana** (Schlecht.). Arbuscula 4 — 5 metr. alta, planities Mexicanas inhabitans, in Llanos de Perote, pr. Mineral del Monte alt. 2300—3300 metror.

2. **Juniperus flaccida** (Schlecht.). Arbor 6—7 metr. alta, pyramidem quasi laxam, in summitate patentem, ramis patentibus v. reflexis formans. Provenit prope Atotonilco el Chico, in Reglae vicinis locis, alt. 2000—2300 metr.

3. **Juniperus gracilis** (Hortus). Arbuscula a me reperta in crista montis Tzompoli pr. San Agustin de las Cuevas, alt. 9000 ped. Vix 15 — 20 ped. attingit. Formam omnino habet Salicis babilonicae, ramulis longissimis tenuibus pendulis.

4. **Juniperus gigantea** (Roezl). Arbor magnifica, altitudine 25 — 30 metr. et fere metri diametro ad basin, strictissima. Indi *Tlascal* eam nominant, crescit pr. Tenancingo altitudine 7—8000 pedum.

Tsuga.

1. **Tsuga Lindleyana** (Roezl). Folia densissima subdisticha obtusa, 14 millim. longa, 1 mill. lata; petiolata, subtus tribus nervis prominentibus percursa, quorum unus medius, alteri in margine, subtus linea satis profunda et recta sulcata. Coni circ. 5 centim. longi, terminales, seminibus delapsis persistentes. — Arbor parva pulcherrima, 25—35 ped. alta, ramis horizontalibus. Mense Februario reperi in locis ad Real del Monte, alt. 8—9000 ped. Semina jam delapsa erant, sed coni persistebant in arboribus, omnes rami terminabantur flore coloris purpurei, qui provenit e squamis pluribus membranaceis. Adspectum praebuit pulcherrimum, vix pulchrius quid videri potest.

Abies.

1. **Abies hirtella** (Lindley). Arbor perpulchra parva, 8—10 metr. alta. Rami verticillati patentes, tenues, satis ab invicem distantes. Folia disticha, linearia, acuta, leviter margine reflexa, uninervia, nervo subtus prominente, supra glabra et viridia, subtus *) pruinosa glaucescentia, 2—3 cent. longa. Habitat in sylvis montosis prope Guarda, inter Huidielaque et San Agustin de las Cuevas, in via ab urbe Mexico ad Cuernavaca, alt. 2800 metr. Arbor parva pulchra, 6—8 metr. alta.

2. **Abies religiosa** (Lindley). Folia subdisticha linearia acuta, callosa, mucronata, subtus argentata. Coni recti ovales. Bracteae prominentes (saillantes) lineares spathulatae, eroso-denticulatae, subito-cuspidatae reflexae. Squamae unguiculatae reniformes, orbiculares, lamina ad basin truncata, margine superiore incrassato, integro, lateralibus attenuatis, erosis, denticulatis. Semina cuneiformia, triquetra, canalibus duobus resiniferis percursa, ala dolabriformi, in altero latere decurrente. Cotylae 5. Ab indigenis *Oyamel* dicta haec species in Europam a. 1833 introducta est. Habitat pr. Chilpanzingo alt. 1330 metr. (Humb. et Bonpl.), in regione frigida montis Orizaba usque ad terminum arborum (Schiede et Deppe), versus Real del Monte in Cerro de Oyamel etc. Arbor magnifica, ad minimum 40 metr. alta, valde rustica (rustique).

Pinus.

Sect. I. *Folia longa quina, coni longi.*

1. **Pinus Russelliana** (Lindley). Folia quina, long. 18 ad 25 Cent. Vaginae squamosae circ. 3 Cent. long. Coni

---

*) In textu „en dessus“ quod falsum videtur.

oblongi, oblique penduli. Apophysis rhomboïdea, depressa, transverse carinato-acutata, protuberantia late conica, leviter incrassata (bombée). A. 1839 ab Hartwegio reperta. Hab. pr. Real del Monte.

2. Pinus filifolia (Lindley), folia quina, 20 — 30 cent. longa; vaginae sqnamosae circ. 3 cent. long. Coni conici elongati obtusi. Apophysis rhomboïdea depressa pyramidalis, carina transverse acuta. Protuberantia callosa obtusa.

3. Pinus Tenangaensis (Roezl), folia quina, 25 — 30 cent. longa, triquetra glanca acnta pendula. Vaginae 25 mill. long., pulvinulus prominens, longe decurrens. Coni 15—16 cent. longi, 5 lati, leviter recurvati. Apophysis rhomboïdea 15 — 23 millim. lata et 14 millim. alta, transverse acuta, brunnescens. Protuberantia cinerea vix prominens, leviter mucronata. Arbor 35 — 40 metr. alta, conis et foliis *P. macrophyllae* et *Russelianae* propinqua, sed valde differens ab iis: ramis multo tenuioribus et habitu elegantiore. In declivitate occidentali montis Ajusco, alt. 8 — 9000 ped. reperit Roezl („trouvé par Mons. Roezl"!) anno 1857.

4. Pinus macrophylla (Lindley), folia quina, 20—30 cent. longa; vaginae squamosae circ. 3 cent. longa. Coni ovoïdei, elongati, 15—18 cent. longi, 5 cent. lati. Apophysis rhomboïdea, dilute cinerea, protuberantia obscuriore leviter prominente.

5. Pinus Soulangeana (Roezl), folia quina, scabra, triquetra, 26 cent. longa; vaginae sericeae 25 cent. lg. Coni 13 cent. longi, 15 lati, leviter recurvati. Apophysis irregularis, interdum quadrangularis, transverse carinata, apice incrassata (s. convexa: „bombée"), basi valde depressa, 23 mill. lata et 18 mill. alta; protuberantia minima cum mucrone parvo recurvato. Arbor usque ad 25 metr. alta, foliis deu-

sissimis distinguenda. Crescit in latere occidentali montis Ixtacihuatl, altitudine 9—10000 ped.;

6. **Pinus Troubezkoiana** (Roezl), folia quina triquetra, 28 cent. long.; vaginae sericeae, 3 cent. lg. Coni recurvi, 15 cent. longi, 5 cent. diametro. Apophysis rhomboidea, transverse atque ex centro ad basin carinata, incrassata (bombée); protuberantia lata et valde prominens cum parvo mucrone. Arbor 25—30 metr. alta, strictissima, ramis longis et patentibus, pulchritudine sua et conis normalibus insignis. Crescit eodem loco ac praecedens.

7. **Pinus monstrosa** (Roezl), fol. quina, 28 cent. lg., vaginae sericeae 3 cent. lg. Coni leviter recurvati, 17 cent. lg. et $4^1/_2$ lati. Apophysis 20 millim. lata, 15 alta, transverse carinata, apice incrassata et basi depressa. Protuberantia mediocris, leviter prominens cum mucrone magno. In unoquoque cono reperiuntur apophyses duae tresve 8—10 millim. altae, mucrone terminatae ejusdem altitudinis. Arbor 30—35 metr. alta, valde crassa, ramis rectis horizontalibus valde normalibus. Habitat cum praecedente.

8. **Pinus grandis** (Roezl), folia quina, triquetra scabra, 30 cent. longa; vaginae sericeae 2 cent. lg. Coni conici, 15 cent. longi, 6 cent. crassi. Apophysis rhomboïdea, leviter transverse carinata. Protuberantia depressa, cum mucrone parvulo valde caduco. Arbor 30 metr. alta, ramis crassis, firmis, et foliis densissimis. Inter montes ignivomos Popocatepetl et Ixtacihuatl, altitudine ad minimum 9000 ped.

9. **Pinus elegans** (Roezl), folia quina, triquetra, 28 cent. longa; vaginae sericeae 25 millim. lg. Coni recurvati, 10 cent. longi, 3 lati. Apophysis valde irregularis, leviter ad angulos carinata, protuberantia paululum depressa. Arbor 30 metr. alta, habitu magnifico oculos alliciens. Habitat ibidem ac praecedens.

10. **Pinus Rothiana** (Roezl), folia quina, triquetra, 22 cent. longa, scabra; vaginae sericeae, 20 millim. lg. Coni 17 cent. longi, 4 lati. Apophysis quadrangularis, transverse et a centro ad basin carinata. Protuberantia valde depressa cum mucrone parvo caduco. Arbor 25—30 metr. alta, ramis brevibus et foliis reversis (redressées). Habitat eodem loco ac praecedens.

10. **Pinus spinosa** (Roezl), folia quina, triquetra, 22 cent. longa; vaginae sericeae 18—20 mill. long. Coni recurvati, 10 cent. longi, 3 crassi; apophysis irregulariter rhomboïdalis, leviter transverse carinata, apice incrassata, basi depressa. Protuberantia prominens, mucrone spinescente et recurvo terminata. Arbor valde normalis 25—30 metr. alta, foliis suis reflexis (retombantes) adspectum valde amoenum praebens. Crescit altitudine 8—9000 pedem supra Amecameca.

12. **Pinus Rumeliana** (Roezl), folia quina, triquetra, 18 cent. longa; vaginae sericeae 20 mill. long. Coni apice leviter recurvati, 14 cent. longi, 4½ cent. lati; Apophysis laevissima, incrassata, apice rotundata, basi depressa, protuberantia rotundata cum parvo mucrone. Arbor 30 metr. alta, ramis valde crassis et foliis paululum densis. Habitat pr. San Rafael ad viam versus Zavaleta, alt. 8000 ped.

13. **Pinus Bouchéiana** *) (Roezl), folia quina triquetra, ad margines tenuiter serrulata, 20—28 cent. longa; vaginae 20—25 mill. longae, sericeae, persistentes. Coni leviter curvati, 13 cent. longi, 5 crassi. Apophysis rhomboïdea, transverse carinata, basi depressa. Protuberantia prominens, acuta. Arbor 30—35 metr. alta, valde normalis inhabitat declive occidentale vulcani Ixtacihuatl prope Ameca.

*) melius „Bouchéana“ dicenda. S—t.

14. **Pinus Van Geertii** (Roezl), folia quina, triquetra admodum crassa, 26 cent. longa; vaginae longissimae, 30—35 millim. lg., valde sericeae. Coni recurvati, 15 cent. longi, 5 lati. Apophysis fere quadrangularis, valde deplanata, horizontaliter et transverse carinata, centro valde depressa, tenuiter radiato-striata. Protuberantia lata plana. Arbor 25 ad 30 metr. alta, ramis patentibus, apicem versus sursum versis (relevées). Habitat ad Hacienda de Tomacoco.

15. **Pinus Northumberlandiana** (Roezl), folia quina, triquetra, 25—30 mill. longa, satis stricta; vaginae sericeae, 25 — 30 millim. longae. Coni recurvati, 11 cent. longi, 4 lati. Apophysis valde irregularis, rhomboïdea, transverse carinata, medio elata. Protuberantia valde lata, obscura, fere plana, cum parvo mucrone. Arbor 20 — 30 metr. alta reperitur in declivi occidentali montis Popocatepetl.

16. **Pinus San Rafaeliana** (Roezl), folia quina, triquetra, valde tenuia, 20—25 cent. longa, recumbentia (retombantes); vaginae 18—20 millim. longae, tenuissimae, persistentes. Coni 10 cent. longi, 4—5 lati, recti. Apophysis irregulariter rhomboïdea, striata, paululum prominens, leviter transverse carinata, minima et basin coni versus fortiter adpressa. Protuberantia parva mucronata. Arbor superba 30 ad 35 metr. alta, ramis suis longis et gracilibus, foliisque recumbentibus *P. patulae* valde similis, sed foliis tantum densius dispositis disversa. Crescit in descensu ab Aculco ad San Rafael, altitudine plus quam 10,000 ped. metiente.

17. **Pinus Ketelerii** (Roezl), folia quina, triquetra, 20 ad 25 cent. longa, coloris viridis superbi. Vaginae 22—23 mill. longae. Coni 15 cent. longi, 6 cent. lati, leviter apice recurvati. Apophysis rhomboïdea plana ad angulos leviter transverse carinata. Protuberantia leviter depressa coloris

griseo-cinerei. Arbor 30—35 metr. alta, habitu similis *P. Russelianae.* Crescit in montibus altis circa Toluccam in altitudine 10—11,000 pedum.

18. **Pinus Doelleriana** (Roezl), fol. quina, 23 cent. longa, triquetra, extus paululum rotundata. Vaginae sericeae 25 mill. longae. Coni 12 cent. longi, 5 lati, leviter recur-, vati. Apophysis rhomboïdea, apice rotundata, transverse carinata. Protuberantia obscurius tincta quam apophysis. Arbor 20—25 metr. alta, ramis reversis, valde crassis, et brevissimis una cum foliis dense congestis adspectum praebet valde amoenum ut inter sectionis pulcherrimas sit numeranda. Habitat eodem loco ac praecedens.

19. **Pinus Van Houttei** (Roezl), fol. quina, 25—30 cent. lg., triquetra; vaginae sericeae, 20—22 millim. longae. Coni pyramidales, 14 cent. longi, 4 lati, leviter recurvati. Apophysis parva, irregularis, leviter transverse carinata. Protuberantia depressa, acuto mucrone munita, qui tactus facile decidit. Arbor 25—30 metr. alta; folia numerosas paniculas (panaches) formant, quas 4—5 coni coronant, unde formam valde mirabilem habet. Crescit in descensu montis Ajusco ad mare pacificum, altitudine 9—10,000 ped.

20. **Pinus Antoineana** (Roezl), folia quina, 10 cent. longa, tenuia, triquetra. Vaginae sericeae, 20 millim. longae. Coni recurvati, 12 cent. longi, 4 cent. crassi. Apophysis irregulariter rhomboïdea, basi incrassata (bombée) satis prominens; protuberantia parva, apicem versus recurvata. Arbor pulchra, 25—30 metr. alta, valde densicoma (touffu); rami expansi longi effectus pulcherrimi. Habitat prope la Hacienda de Zavaleta, altitudine 8000 ped.

21. **Pinus Paxtonii** (Roezl), folia quina, triquetra, 20 cent. long., tenuia; vaginae sericeae. Coni recurvati, 16 cent.

longi, 4 crassi. Apophysis apice rotundata transverse et a centro ad basin carinata, medio depressa, protuberantia fere plana cum mucrone parvo. Arbor pulcherrima, alt. 30—35 metr., ramis longis expansis. Crescit prope Tomacoco, altit. 9000 ped.

22. Pinus Thibaudiana (Roezl), folia quina tennia, 18—20 cent. longa; vaginis sericeis 20 millim. longis. Coni valde recurvati, 15 cent. longi, 4 lati. Apophysis rhomboïdea, apicem versus rotundata, transverse leviterque ab centro ad basin carinata; protuberantia mediocris incrassata (bombée) cum mucrone parvo. Arbor habitu valde elegans, ramis reversis (redressées). Crescit in latere septentrionem spectante montis Popocatepetl, alt. 8—9000'.

23. Pinus Haageana (Roezl), folia quina, triquetra, 25 cent. longa; vaginae sericeae, 20 millim. circ. longae. Coni conici, 17 cent. longi et 6 lati. Apophysis rhomboïdea, apicem versus paululum rotundata, medio incrassata (bombée), basi valde depressa, leviter transverse carinata. Protuberantia lata, pyramidalis, mucrone recurvato. Arbor 30—35 metr. alta, prope San Rafael crescens, altit. circ. 8000 ped.

24. Pinus Jostii (Roezl), folia quina, triquetra, 30—37 centim. longa; vaginae sericeae interdum squamosae, 23—28 millim. longae. Coni leviter recurvati 16 centim. longi, 5 lati. Apophysis rhomboïdea, transverse atque ab centro ad basin carinata, in superiore parte et in centro incrassata, basi depressa. Protuberantia plana cum mucrone parvo recurvato. Haec arbor in parvo monte prope Ixtacihuatl crescens mirum praebet effectum ramis crassis numerosissimis, foliis longis flexuosisque et omnium collectionis nostrae longissimis.

25. Pinus Hendersonii (Roezl), folia quina, tennia, 25—27 cent. longa; vaginae sericeae, 25—28 millim. long.

Coni leviter recurvati, 13 centim. longi, 4 lati, coloris pallidissimi fere straminei. Apophysis rhomboïdea, paululum transverse carinata, leviter incrassata. Protuberantia prominens, mucronata. — Arbor 30—35 metr. magna, ramis crassis, foliis dense congestis. Crescit prope Rio frio.

26. **Pinus valida** (Roezl), folia quina, triquetra, 30 centim, longa; vaginae sericeae, 25 millim. longae. Coni ovales, 15 centim. longi, 5 lati. Apophysis rhomboïdea, transverse carinata, incrassata, ad basin paululum depressa. Protuberantia plana cum mucrone recurvato. Haec arbor maximo cum vigore crescens, ramis longis et reversis (redressées) in monticulo ad m. Ixtacihuatl, alt. 9—10,000 ped. provenit.

27. **Pinus Nesselrodiana** (Roezl), folia quina, 30 centim. longa, strictinscula, triquetra; vaginae sericeae, 25 millim. longae. Coni 15 centim. longi, 5 lati; apophysis rhomboïdea, apice paululum rotundata, transverse carinata, incrassata; protuberantia lata, prominens. Arbor propter ramos normaliter dispositos et propter comam densam pulchra crescit duos inter montes ignivomos*) altitudine ad minimum 10,000 pedum.

28. **Pinus coarctata** (Roezl), folia quina, triquetra paululum stricta, 15 — 20 cent. longa; vaginae sericeae, 15—20 millim. longae. Coni leviter recurvati, 13 — 15 cent. longi, 4 lati. Apophysis rhomboïdea, apice rotundata, 15 millim. alta, 12 lata. Protuberantia latissima, incrassata cum mucrone crasso et prominente. Arbor 20 — 30 metr. alta, rectissima, ramis horizontalibus, apicem versus paululum reversis. Crescit in monte Tzompoli, altitudine 8—9000 ped. supra mare.

---

*) Montes non nominantur, vero similius ut jam supra erunt: Popocatepetl et Ixtacihuatl.

29. Pinus bullata (Roezl), folia quina, triquetra, tenuia, 30 centim. circiter longa; vaginae sericeae, 20 millim. longae. Coni 15—18 centim. longi, 6 lati. Apophysis rhomboïdalis bullata, 15 millim. lata et 12 alta. Protuberantia rotundata, cum mucrone reverso apicem versus. — Arbor 15—20 metr. alta, per spatium 25—30 metr. sese expandens. Crescit prope pagum S. Mateo, altitudine circ. 8000 pedum.

30. Pinus Thelemannii (Roezl), folia quina, triquetra tenuia, 20—22 cent. longa; vaginae sericeae 18—20 millim. longae. Coni 15 cent. longi, 5 lati, pyramidales. Apophysis rhomboïdea, apicem versus rotundata, transverse carinata, 15 mill. lata, 10 alta. Protuberantia griseo-cinerea, depressa, mucrone parvo acuto munita. Arbor 15—20 metros tantum alta, ramis valde reversis, quibus facile jam e longinquo dignoscitur. Coni aliquantulum similes sunt illis *Pinus grandis*, sed foliis, ramis, toto habitu omnino differt. Crescit in declivitate septentrionali montis Tzompoli, ad altit. 8—9000 pedum.

31. Pinus horizontalis (Roezl), folia quina, triquetra, 25—28 cent. longa, tennia; vaginae sericeae, 20 millim. longae. Coni 15 cent. longi, 4 1/2 lati, leviter recurvi. Apophysis quadrangularis et cum protuberantia late depressa mucronata transverse carinata. Arbor pulchra, trunco omnino recto, ramis normaliter dispositis perfecte horizontalibus. Nisi foliis longissimis instructa esset habitu summopere aemularet *Araucariam excelsam*. Eodem loco ut antecedens crescit.

32. Pinus rubescens (Roezl), folia quina, stricta, triquetra, 30 cent. longa. Vaginae sericeae, rubentes, squamosae, 30 millim. longae. Coni recti, basi depressi, 15—20 cent. longi, 5 lati. Apophysis crassa, quadrangularis, transverse carinata, medio elevata 15 mill. lata, 15 alta. Protu-

berantia plana, cum mucrone parvo recurvo. — Arbor 25—30 metr. alta, cortice trunci et ramorum valde rubescente, ramis crassis et reversis. Crescit circa San Agustin ad altitudinem circiter 8000 pedum.

Sect. II. *Folia quina stricta erecta. Coni mediocres ovales.* Nulla hujus sectionis species in Europam introducta est.

33. Pinus Lowii (Roezl), folia quina, triquetra, stricta, 15 cent. longa; vaginae sericeae 13 mill. long. Coni pyramidales, leviter recurvati, 11 cent. longi, 4 lati. Apophysis valde irregularis, interdum rhomboïdea, apice leviter incrassata, basi depressa. Protuberantia satis lata et paululum prominens. Arbor 35 metr. alta, ramis strictis densicomis.

34. Pinus Carrièrei (Roezl), folia quina, 30—33 centim. longa, acuta, triquetra; vaginae sericeae, 30 millim. longae. Coni 13 cent. longi, $4\frac{1}{2}$ lati. Apophysis rhomboïdea incrassata, transverse carinata, colore fusco-rubescente. Protuberantia lata, prominens, mucrone recurvato terminata. Arbor 35—40 metr. alta, proveniens in sylvis pr. Tulancingo, alt. 8—9000 ped. Quamvis folia longissima sunt haud reflectuntur sed stricta et erecta adstant, hinc adspectu insignis arbor.

35. Pinus Richardiana (Roezl), folia quina strictissima, 14 centim. longa; vaginae sericeae 11—12 millim. longae. Coni pyramidales 11 cent. longi, 5 lati. Apophysis 20 millim. lata et 10 alta, basi valde depressa. Protuberantia lata, plana. Arbor 35—40 metr. alta, in summis partibus montis Ajusco. alt. 11—12,000 pedum.

36. Pinus Planchonii (Roezl), folia quina, 30 centim. longa, triquetra; vaginae 15—18 millim. longae. Coni 15 cent. longi et 4 lati. Apophysis quadrata, valde prominens

in parte superiore, basi depressa, ex brunneo-lutescens. Protuberantia lata et prominens recurvata. *P. Carrièrei* satis affinis est at folia breviora et stricta; habitat in sylvis ad Tulancingo.

37. **Pinus robusta** (Roezl), folia quina, 15 cent. circiter longa, strictissima, triquetra. Vaginae 11—12 millim. longae. Coni recti pyramidales, 11—13 cent. longi, 4—5 lati. Pedunculi breves. Apophysis parva, apice rotundata. Protuberantia forma oculi. Arbor superba, 20—25 metr. alta, ramis foliisque densis et robustis eleganter ad summitatem adpropinquantibus. Quae pulcherrimas inter pinus Mexicanas crescit in monte Ajusco, altit. 10—11,000 ped. s. m.

38. **Pinus Endlicheriana** (Roezl), folia quina, 15 cent. longa, stricta, triquetra; vaginae 15 mill. long. Coni paululum recurvati, 12 cent. longi, 4 lati. Pedunculi breves. Apophysis irregularis, protuberantia prominente. Habitu similis *P. robustae* quacum crescit, sed differt conis et foliis minus densis.

39. **Pinus inflexus** *) (Roezl), folia quina, 12 cent. longa, stricta, triquetra; vaginae brevissimae, persistentes. Coni recurvi, 9 cent. longi, 4 lati. Pedunculi brevissimi. Apophysis parva, quadrata, apice acutata, coloris intense brunnei. Protuberantia acuta. Differt haec arbor a *P. Endlicheriana* et *robusta* foliis valde recurvis. Crescit in monte Ajusco, altit. 9000 ped.

40. **Pinus Wilsonii** (Roezl), folia qnina, 14—15 cent. longa, triquetra, exteriore latere lato et rotundato, strictissima, glauca. Coni 9 cent. longi, 5 lati, recti. Apophysis intense brunnea, lucida. Protuberantia parum prominens, dilute grisea. Habitat in vicinia urb. Pachuca, altit. 8000 pedum.

---

*) Melius „inflexa.“ *S—l.*

41. **Pinus Decaisneana** (Roezl), folia quina, 16 cent. longa, triquetra, latere exteriore lato et rotundato, stricta, valde acuta, glaucescentia. Vaginae 12 millim. longae. Coni leviter recurvi, 10 cent. longi, 4 lati. Apophysis rhomboïdea, transverse carinata, basi depressa, rubescenti-brunnea, protuberantia intensius colorata. Arbor 15 — 18 metr. alta, ramis crassis densis, foliis rectissimis strictis. Habitu suo multum distat a speciebus mexicanis et ad eas Californiae adpropinquat. Eodem loco ac praecedens crescit.

42. **Pinus Endlicheriana longifolia** (Roezl), folia quina, stricta, 18 cent. longa, triquetra, glauca; vaginae sericeae, 15 mill. longae. Coni conici, 9 cent. longi, 4 lati. Apophysis rhomboïdea, transverse carinata, medio depressa. Protuberantia parva, paululum prominens, leviter mucronata. Arborem 30 circiter metr. altam, pulchram foliorum color maxime glaucus ab omnibus aliis speciebus longifoliis distinguit.

43. **Pinus Hartwegii** (Lindley), folia quina, circ. 16 cent. longa, stricta. Vaginae sericeae, 3 cent. longae. Coni oblongi, 10 — 14 cent. longi, aggregati, fere penduli. Apophysis depressa pyramidalis, angulis paululum obtusis, marginibus crassis, rugosa, leviter transverse carinata; protuberantia rhombea, depressa, mutica. Arbor 12 — 16 metr. attingens. Cortex griseo-flavescens. Rami crassissimi, irregulariter verticillati alternive; juniores crassi et brevissimi, cortice ex viridi-rubescente. Habitat in Mexicanis montibus Campaniro et Ajusco, altitudine 3000 metr.

Sect. III. *Folia terna stricta, plana (platcs) satis brevia. Coni parvi fere conici. Arbores aliquantulum tortuosae, sed ligno optimo donatae et recisae aut ex basi aut ex alia superiore trunci parte ramos edentes, fruticetum insigne formant.*

44. **Pinus Vilmoriniana** (Roczl), folia terna, stricta plana, 12 cent. longa. Vaginae 7 mill. lg. Coni leviter recurvi, 4—5 cent. longi, 2 crassi. Pedunculi breves. Apophysis cum illa aliorum specierum comparata, magna, apice rotundata. Protuberantia lata, colore griseo-cinereo. Haec arbor ad 40 et 50 metr. exsurgit; rami longi flexiles una cum elata statura reddunt adspectum ejus magnificum. Crescit inter montem Ajusco et Las Cruces, ad altitudinem 10—11,000 pedum.

45. **Pinus Bessereriana** (Roezl), folia terna, stricta plana, 13—14 cent. longa. Vaginae 10—11 mill. longae. Coni fere erecti, 6 cent. longi et 3 crassi. Pedunculi mediae longitudinis. Apophysis cordiformis, apice trilobata transverse carinata. Protuberantia latissima et valde promineus. Magnitudo, forma et locus natalis ut in praecedente.

46. **Pinus Mulleriana** *) (Roezl), folia terna, crassa, rigida et acuta, 12 cent. longa. Vaginae sericeae, 8 mill. longae. Coni conici, 8 cent. longi, 3 $^1/_2$ lati. Apophysis rhomboïdea, plana, colore griseo-lutescente. Protuberantia intensius colorata et parum prominens. Arbor 25—30 metr. alta crescit in locis ad Real del Monte vicinis, altitudine 8—9000 pedum.

47. **Pinus microcarpa** (Roezl), folia terna, fere plana, lata, 18 cent. longa. Vaginae sericeae, 15 mill. longae. Coni 4 cent. longi, 2 $^1/_2$ lati. Apophysis rhomboïdea, rotundata, apice incrassata. Protuberantia lata, paululum prominens. Arbor 40—45 metr. alta, conis parvis distinctu facilis. Locis Moreliae vicinis crescit.

---

*) Forsan „Muelleriana“ legendum. S—l.

Sectio IV. *Folia quina brevia tenuia, satis glauca. Coni parvi orbiculares acuti.*

48. **Pinus gracilis** (Roezl), folia quina, valde tenuia recurva, 9—10 cent. longa. Coni 5 cent. longi, 3 lati. Pedunculi mediocres. Apophysis rhomboïdea, apice rotundata, transverse carinata. Protuberantia mucronata. Arbor 25—30 metr. alta, ramosissima, foliis valde densis. Species prae aliis jucunda. In declivitate Andium ad oceanum pacificum, altitud. 9500—10,000 ped.

49. **Pinus Ehrenbergii** (Endl.), folia quina, stricta, circ. 8 cent. longa. Vaginae breves squamosae. Coni 5—6 cent. longi, 3 lati. Apophysis rhomboïdea, depressa, transverse acuta, carinata, inferiorum latera angustiora (latéralement plus étroites). Protuberantia excentrica orbicularis, in mucronem acutum elongata. Crescit prope Real del Monte, altit. 8000 ped. et simul circa Guajimalpa, alt. plus quam 10000 ped. attingente.

50. **Pinus Comonfortii** (Roezl), folia quina, tenuia, laete viridia, 10 cent. longa, cum vagina brevi. Coni pyramidales 5 cent. longi, $3\frac{1}{2}$ cent. lati. Apophysis irregularis; protuberantia parum prominens. Arbor valde venusta, satis densa, normalis, ramis horizontalibus. Arbor 12—15 metr. tantum alta crescit in montibus summis circa Huisquiluca, altitudine plus quam 11000 pedum.

51. **Pinus Huisquilucaensis** (Roezl), folia quina, tenuia, laete viridia, 9 cent. longa. Vaginae caducae. Coni recti, 5 cent. longi, 5 lati. Apophysis rhomboïdea, apice rotundata. Protuberantia parum prominens, medio depressa. Haec arbor habitu foliisque simillima *P. Comonfortii*, sed duplo altior fere evadit. Eodem loco crescit.

52. **Pinus verrucosa** (Roezl), folia quina, recta, glauca, 8—10 cent. longa. Vaginae caducae. Coni 5 cent. longi,

4 crassi. Apophysis verrucosa, colore laete griseo, apice rotundata. Protuberantia parum prominens, colore obscure brunneo. Minima est hujus sectionis, paulo altius praecedentibus crescit.

53. **Pinus Monte-Allegri** (Roezl), folia quina, subtilia (fines), 12 cent. longa. Vaginae squamosae, caducae. Coni pyramidales, 5—6 cent. longi, 3 lati. Apophysis plana. Protuberantia parum prominens, mucrone acutissimo terminata. Arbor 30—35 metr. alta, trunco valde crasso, ramis longis extensis recumbentibus, apicem versus sursum erectis. Folia valde densa. Pulcherrima sectionis, crescit in regione ad Xochiltepec (collis florum) prope Zitacuaro, altit. 9500—10000 pedum.

54. **Pinus De Candolleana** (Roezl), folia quina, tenuia glaucescentia, 10 cent. longa. Vaginae breves, valde caducae. Coni pyramidales, 6 cent. longi, 4 lati. Apophysis plana, irregularis, 15 mill. lata, 10 alta. Protuberantia depressa, leviter mucronata. Arbor 25—30 metr. alta, pyramidalis, primo adspectu *P. Strobum* valde refert.

55. **Pinus Lerdoi** (Roezl), folia quina, triquetra, glauca, 10—13 cent. longa. Vaginae caducae. Coni pyramidales, 6 cent. longi, 3 crassi. Apophysis apice rotundata, 12 mill. lata, 11 alta. Protuberantia coloris obscure brunnei, mucrone acuto instructa, qui tactus decidit. Arbor 15—20 metr. alta, ramis expansis, longissimis, valde approximatis umbraculi adspectum praebet singularem. Habitat in declivitate meridionali montis Ajusco, altit. circ. 11000 pedum.

56. **Pinus dependens** (Roezl), folia quina, triquetra, tenuia, 10—12 cent. longa. Vaginae squamosae, caducissimae. Coni conici, 5 cent. longi, 3 1/2 crassi. Pedunculus longissimus, crassissimus. Apophysis valde irregularis, ad

basin coni omnino plana, ad apicem ejus prominens. Protuberantia lata, ovalis, mucrone crasso munita, qui apicem coni versus valde prosilit. Arbor 20—25 metr. alta, rectissima, ramis ut in *Cupresso pendula* dependentibus, qua nota facilis distinctu a congeneribus. Crescit in colle prope viam a Mexico urbe ad Cuernavacam ducente, altitudine circ. 8000 pedum.

57. **Pinus Cedrus***) (Roezl), folia quina, triquetra glaucescentia, tenuissima, 8—10 cent. longa. Vaginae caducissimae. Coni 5 cent. longi, 3 crassi. Apophysis irregularis interdum rotundata. Protuberantia plana, mucrone spinescente armata, qui ad coni basin et versus apicem ejus satis prosilit. Haec arbor tantopere *Cedrum Libani* aemulatur ut e longinquo visa haec ipsa videatur. Rami prope terram orientes expansi sunt et cum trunco tantopere pullulantibus ramulis tecti, ut pyramidem caespitosam adspicere credas. Fere 20 metr. altitudinem attingit, spatium 40 metr. in diametro ad minimum metiens umbra sua opacat. Eodem loco ac praecedens habitat.

Sectio V. *Folia longa, recumbentia. Vaginae albidae. Coni mediae magnitudinis.*

58. **Pinus Hoseriana** (Roezl), folia quina, tenuia, recumbentia, 15—20 cent. longa. Vaginae sericeae, albidae, 15 mill. longae. Coni 10 cent. longi, 4 lati. Apophysis rhomboïdea transverse carinata, 18 mill. lata, 12 alta. Protuberantia excentrica, lata, paululum recurvata, griseo-cinerea, vix mucronata. Arbor 20—25 metr. alta, maxime normalis, ramis apice reversis (redressées), unde habitus proprius. La-

---

*) Nomen mutandum est si species servari meretur, de *Pinu Cedro* antiquitus notissima haud est sermo. *S—l.*

tus septentrionale montis Tzompoli altitudine circ. 8000 pedum inhabitat.

59. **Pinus Tzompoliana** (Roezl), folia quina, tenuia, expansa, 20 cent. longa. Vaginae sericeae, albidae, 15 mill. longae. Coni 10 cent. longi, 4 crassi, recti, pyramidales. Apophysis fere ovalis, apice prominens, basi depressa, transverse carinata, 15 cent. lata, 10 alta. Protuberantia fere terminalis, versus apicem paululum relevata, cum mucrone parvo obtuso. Haec arbor, altitudinem 25 ad 30 metr. attingens communis est in monte Tzompoli, ubi ad altitud. 9000 ped. circiter reperitur. Rami ejus satis regulares sunt et reversi (redressées).

60. **Pinus Escandoniana** (Roezl), folia quina, tenuissima, triquetra, 18 cent. longa. Vaginae sericeae, albidae, 15 mill. longae. Coni recti, cylindrici, obtusi, 9 cent. longi, 4 lati. Apophysis rhomboïdea, transverse carinata, 14 mill. lata, 10 alta. Protuberantia prominens, pyramidalis, cum mucrone acuto. Rarissime haec arbor reperitur, quae habitus eximii est et propter folia sparsim disposita omnino perspicua.

61. **Pinus prasina** (Roezl), folia quina, triquetra, tenuia, lacte viridia, reversa (redressées) 22 — 25 cent. longa. Vaginae sericeae, albidae, 12 — 15 mill. longae. Coni cylindrici, 8 — 9 cent. longi, 4 lati. Apophysis saepius trilobata, valde prominens, in apice et basi depressa. Protuberantia lata, fere terminalis, mucronata. Jam e longinquo haec arbor distinguitur colore prati instar viridi. Coni tres quatuorve aggregati colorem habent dilute brunneum. Prope vicum San Mateo crescit, altit. circ. 8000 pedum.

Sect. VI. *Folia quina longa. Coni mediocres. Apophysis irregularis, marginibus crassis.*

62. **Pinus Rohanii** (Roezl), folia quina, subtilia (fines), triquetra, 25 cent. longa. Vaginae sericeae, 25 mill. longae.

Coni 16 cent. longi, 5 lati, recurvi. Apophysis magna, 20 mill. lata, 15 alta, marginibus incrassata et protuberantiam versus colore vix distinctam depressa. Arbor altissima et stupefaciens prope S. Rafael, 8—9000 ped. crescit.

Var. ejus distinguitur foliis longioribus et eodem loco crescit.

63. **Pinus Ortgisiana** (Roezl), folia quina, tenuia, 22—23 cent. longa; vaginae sericeae, 20 mill. longae. Coni recurvi, 15 cent. longi, 5 crassi. Apophysis rhomboïdea, scabra, transverse carinata. Protuberantia lata, conica. Arbor circ. 30 metr. alta prope San Rafael crescens.

Var. ejus longioribus foliis distinguitur.

64. **Pinus Rinzii** (Roezl), folia quina, tenuia, triquetra, 22—25 cent. longa. Vaginae sericeae, lutescentes, 25—28 mill. longae. Coni 15 cent. longi, 5—6 lati, recti, basi paululum depressi. Apophysis valde irregularis, 25 mill. lata, 15 alta, marginibus elatis, centro valde depresso. Protuberantia incrassata, apicem versus reversa, mucrone parvo rotundato instructa. Haec species conis suis proxime accedit ad *P. Ortgisianam* et *P. Rohanii*, quae vero ramis foliisque recumbentibus nec ut in *P. Rinzii* erectis (relevées) recedunt. In regione septentrionali-occidentali provinciae Michoacan habitat.

Sect. VII. *Folia quina longa; coni grandes, basi lati, formam perfecte conicam habent.*

65. **Pinus Aztecaënsis** (Roezl), folia quina, triquetra, [latus exterius corporis triquetri multo latius quam interiora], recumbentia, lucida, laete et magnifice viridia, 25—30 cent. longa. Vaginae 10—11 mill. long. Coni (pulcherrimos inter, quos videre potes) conici, apice leviter recurvi, 12—16 cent. longi, 7 lati. Apophysis rhomboïdea, 20 mill. lata, 15 alta

convexa, apice valdé prominens, colore brunneo-rubescente. Protuberantia prominens, apophysi dilutior. Haec arbor, 20 metr. altitudinem attingens, ramis brevibus et foliis longis in formam cristae gracillime recumbentibus adspectum praebet pulcherrimum. Cum sequente habitat in „Sierra“ prope Zacatlan in via ex urbe Mexico ad Tampico ducente, altit. 7000 pedum.

66. **Pinus Zacatlanae** (Roezl), folia quina, leviter recumbentia, 20—25 cent. longa. Vaginae sericeae, 15—16 mill. longae. Coni conici 9 cent. longi, 6 lati. Apophysis 20 mill. lata, 8 alta, transverse carinata, apice leviter rotundata, colore brunneo-rubescente. Protuberantia ovalis, intensius colorata. Praecedenti quoad formam valde affinis, sed folia magis erecta sunt.

67. **Pinus Michoacaënsis** (Roezl), folia quina, triquetra, 35 cent. longa. Vaginae sericeae, 20 — 25 mill. longae. Coni leviter recurvi, 20 cent. longi, 8 lati. Apophysis irregulariter rhomboïdea, 20 mill. lata, 15 mill. alta, transverse carinata, in superiore parte valde prominens, basi depressa. Protuberantia lata, pyramidalis. Arbor inter pulcherrimas quodammodo simulat *P. Aztecaënsem*, sed coni multo majores sunt, foliaque longiora et strictiora. Altitudinem 30 —35 metr. attingit in provincia Michoacan.

Sect. VIII. *Folia quina longa, apophyses et protuberantiae valde prominentes.*

68. **Pinus protuberans** (Roezl), foliis quina, subtilia, 25 cent. longa. Vaginae 2 cent. long. Coni summitatem versus eleganter recurvi, acuti, 3 ad 4 conferti, 14—15 cent. longi, 5 — 6 lati. Apophysis irregularis, 20 — 23 mill. lata, 10 — 12 alta, apice rotundata, plana. Protuberantia excentrica, mucrone valde prominente et reverso (redressé). Arbor

30 – 35 metr. alta, ramis paululum resurgentibus (relevées), foliis recumbentibus; species pulchra, quae ad altit. 9—10000 pedum, milliarii distantia supra Contreras crescit.

69. **Pinus angulata** (Roezl), folia quina, paululum stricta, 26 cent. longa. Vaginae sericeae 2 mill. longae. Coni leviter recurvi, 14 cent. longi, 4 ½ lati. Apophysis rhomboïdalis, apice denticulata, transverse carinata, centro valde elata, 20 mill. lata, 13 alta. Protuberantia lata, mucronata, colore griseo-cinereo. Arbor 35 — 40 metr. alta, folia pulchre viridia densissima. Crescit in monte Iztacihuatl, altit. 9—10000 pedum.

70. **Pinus exserta** (Roezl), folia quina, triquetra, patentia, 30—35 cent. longa. Vaginae sericeae, 25 mill. longae. Coni leviter recurvi, basi depressi, 16 — 18 cent. longi, 6 lati. Apophysis excentrica rhomboïdea, apice rotundata, transverse carinata, basi depressa, 20 mill. lata, 10 alta. Protuberantia incrassata, mucrone crasso terminata. Arbor 25—30 metr; alta, ramis expansis fere horizontalibus. Crescit prope Guarda ad viam inter urbem Mexico et Cuernavaca, altit. 8 — 9000 pedum.

71. **Pinus heteromorpha** (Roezl), folia quina, triquetra, tenuia, 20—22 cent. longa. Vaginae sericeae, albidae, 20 mill. longae. Coni 12 cent. longi, 4 crassi. Apophysis 20 cent. lata, 12 alta, heteromorpha. Protuberantia latissima. Arbor 20—25 metr. alta, ramis tenuibus et foliis recumbentibus. Reperitur in colle montis Tzompoli.

72. **Pinus rudis** (Endl.), foliis quinis, circiter 15 cent. longis strictis. Vaginae squamosae. Coni oblongi, obtusi, 8 cent. longi. Apophysis rhomboïdeo-pyramidalis, angulo supero obtuso, inferiore acuto, carina transversa elata. Protuberantia lata, depressa, mucrone tuberculiformi. Habitat in monte Ajusco, altitudine 9000 pedum prope Contreras.

Sect. IX. *Folia longa quina, coni longissimi.*

73. Pinus magnifica (Roezl), folia quina, triquetra, stricta, recta, 32 cent. longa. Vaginae sericeae, rubescentes, 30 ad 35 millim. longae. Coni valde recurvati, 27 cent. longi, 5—6 lati. Apophysis rhomboïdea, rugosa, transverse carinata, in apice convexa basi depressa, 25 mill. lata, 18 alta. Protuberantia lata, prominens, paululum recurva. Arbor haec magnifica crescit in montibus Moreliae, ubi altitudinem 35—40 métr. attingit. Quam arborem tantopere normalem, habitu suo nullo modo reprehendendam, foliis longis strictis instructam, summopere cognominis magnificae dignam censebis, et naturae potentiam admiraberis.

74. Pinus Ocampi (Roezl), folia quina, triquetra, 26 cent. longa; vaginae sericeae, rubescentes, 25 mill. longae. Coni recti, 17 cent. longi, 5 lati. Apophysis fere quadrangularis, centro depressa, transverse nec non ab centro ad basin carinata, 15 mill. lata, 15 alta. Protuberantia depressa, leviter mucronata. Arbor perpulchra, 30—35 metr. alta, foliis valde confertis. Crescit in sylva ad Hacienda Melchioris Ocampo prope Moreliam, qui plura in horto suo cum multis aliis iisque Europae indigenis culta possidet rarae pulchritudinis specimina.

75. Pinus Zitacuarii (Roezl), folia quina, tenuia, 25—30 cent. longa; vaginae sericeae 25—30 mill. longae. Coni recurvi, basi attenuati, 25—26 cent. longi, 6 lati. Apophysis quadrangularis, pyramidalis. Protuberantia obtusa cum mucrone crasso obtuso. Arbor 30—35 metr. alta, incomparabilis pulchritudinis et habitus normalis, ramis valde expansis. Crescit prope Zitacuara, altit. 8—9000 pedum.

76. Pinus nitida (Roezl), nomen tantum.

77. Pinus Verschaffeltii (Roezl), nomen modo.

Sect. X. *Folia quina longa, coni longi, Apophysis latissima.*

78. **Pinus Regeliana** (Roezl), folia quina, tenuia, 25 — 28 cent. longa; vaginae sericeae 15 — 20 millim. longae. Coni 12 cent. longi, 4 lati, fere recti. Apophysis convexa, transverse carinata, 15 mill. lata, 10 alta. Protuberantia depressa, leviter mucronata. Unicam hujus speciei reperi arborem, cujus rami longi et conferti (touffues), infimi metro distabant ab terra. Habitus ejus admirabilis. Crescit in latere occidentali montis Ixtacihuatl proxime ad Hacienda de Zavaleta, altitudine 8 — 9000 pedem.

Sect. XI. *Folia terna stricta, coni ovoïdei, nigro-violacei.*

79. **Pinus scoparia** (Roezl), folia terna, saepius quaterna in eodem ramo, 10 cent. longa; vaginae sericeae, 12 — 13 mill. long. Coni ovales, 6 — 7 cent. longi, 3 lati, resinosi, violacei, fere nigri. Apophysis lata, valde irregularis, basi depressa, 10 mill. lata, 5 alta. Protuberantia parva, mucrone parvo recurvato terminata.

80. **Pinus Iztacihuatlii** (Roezl), folia terna, 13 — 14 cent. longa; vaginae 13 — 15 mill. longae. Coni conici, valde intense violacei, 9 cent. longi, 3 lati. Apophysis fere quadrangularis, protuberantia valde prominente.

81. **Pinus resinosa** *) (Roezl), folia terna, quaterna, quina in eodem ramo, griseo-viridia, 13 cent. longa; vaginae sericeae 15 — 18 mill. longae. Coni ovales, valde resinosi, fere nigro-violacei, 9 cent. longi, 4 lati. Apophysis quadrangularis, valde prominens, centro depressa. Protuberantia parva, mucrone reverso.

---

*) Nomen mutandum, quum jam exstat *P. resinosa* Solandri, quae foliis geminis instructa est. *S — l.*

82. **Pinus Stendishii***) (Roezl), folia terna inque eodem ramo quaterna, quina, 12 cent. longa; vaginae sericeae, 20—22 mill. longae. Coni ovales, 11 cent. longi, 4 lati. Apophysis irregularis, centro valde depressa, basi prominens, 18 mill. lata, 10 alta. Protuberantia parva, subtiliter mucronata.

83. **Pinus Amecaënsis** (Roezl), folia terna, interdum in eodem ramo quaterna, tenuia, 14 cent. longa; vaginae 12—14 mill. longae. Coni conici, 8 cent. longi, 3 lati. Apophysis rhomboidea, parva, transverse carinata, 21 mill. lata, 7 alta. Protuberantia parva, mucrone acuto terminata.

84. **Pinus Aculcensis** (Roezl), folia terna, 14 cent. longa; vaginae sericeae, 15 mill. longae. Coni nigro-violacei, ovales, leviter recurvi, 8 cent. longi, 3 crassi. Apophysis valde prominens, irregularis, interdum quadrangularis, centro depresso. Protuberantia in basi apophyseos posita lata et acuta est.

84. **Pinus Papeleuii** (Roezl); folia terna, quaterna, quina, stricta, 21 cent. longa; vaginae valde sericeae, 20 mill. longae. Coni cylindrici, apice leviter recurvi. Apophysis mediae magnitudinis, centro depressa. Protuberantia valde depressa, mucronata.

Arbores totius hujus sectionis altitudinem 40—50 metrorum attingunt, in summis montibus Popocatepetl et Iztaccihuatl, fere ad limitem vegetationis proveniunt, altitudine 13 ad 14000 pedum. Perfecte erectae sunt, ramis crassis, foliis laete viridibus, interdum glaucis et valde confertis. Coni nigro-violacei et valde resinosi in summis ramis nascentibus oriuntur. *P. resinosa* inprimis antecellit ligno optimo et

---

*) Vero similiter „Standishii" scribendum ab hortulanis Standish and Noble. *S—l.*

resinae copia, unica enim arbor resinam pretii 40—50 piastr. (200—250 francs) edere potest, quare hae arbores culturae Europaeae commendantur, quum nullae aliae temperaturae sint patientiores et pro usu praestantiores.

Sect. XII. *Strobus. Folia plerumque quina, brevia, valde subtilia, glauca; coni longi et crassi, protuberantia terminali. Lignum optimum valde petitum.*

85. **Pinus Don Pedrii** (Roezl), folia quina, tenuia, valde glaucescentia, 12 cent. longa; vaginae breves, squamis membranaceis laxis et valde caducis. Coni saepe recti, interdum paululum recurvi, 35—40 cent. longi, 10 lati; squamae latae, rectae, laeves; protuberantia terminalis, apicem versus recurvata, 8 millim. lata, 4—5 longa, valde caduca. Arbor 35—45 metr. alta, ramis ramulisque longis flexibilibusque. Crescit in circuitu urbis Tenango, ubi nomen *Ayacahuite* fert. Revera similis est *P. Ayacahuite* (Ehrenbergii), quae ab Hartwegio in provinciis Chiapas et Oajaca reperta est, sed differt dimensione majore, conorum colore, ala seminum multo breviore vix 1 centim. longa.

86. **Pinus hamata** (Roezl); folia quina, triquetra, stricta, glauca, 10—12 cent. longa; vaginae breves e squamis membranaceis laxis, valde caducis. Coni 25 cent. longi, 5—6 lati. Squamae et protuberantiae terminales recurvatae revera uncos formant. Arbor 40—50 metr. alta. Rami recumbentes conos in summitatibus gerentes. Hano et sequentem speciem generoso Melch. Ocampo debeo, qui eas misit ex Sierra Madre, ubi altitudine 8000 circiter pedum crescunt.

87. **Pinus Veitchii** (Roezl), folia quina, sed in eodem ramo saepius 6, 7, 8, 9 folia in eadem vagina reperiuntur, quae valde tenuia glauca, 12 cent. longa; vaginae breves caducae. Coni recti, 25—30 cent. longi, 10 lati. Apophysis,

35 — 40 mill. lata, 12 alta, valde recurvata, medio incrassata, multis cum lineis valde elatis. Protuberantia prominens, 10 cent. lata, 12 longa. Haec species ut praecedens erat in latere orientali montis Popocatepetl, altit. 11 — 12000 ped. Usque ad 40 metr. alta, truncum habet omnino erectum, ramis longis tenuibus obsessum, ramuli crassitudine calami scriptorii 2—3 ped. sunt longi, dependentes, elegantissimi; ornamentum foret hortorum Europaeorum, non solum propter pulchritudinem sed etiam quod climatis patientior sit; nunquam nec a *P. Strobo*, nec a *P. excelsa*, nec ab *Lambertiana* superaretur.

88. **Pinus Lindley** *), folia quina, triquetra, 15 — 16 cent. longa, glauca; vaginae caducae. Coni leviter recurvi, 20 cent. longi, 5 lati. Apophysis quadrangularis, tenuissima (très mince) longitudinaliter radiata. Protuberantia parva recta obtusa. Arbor superba, altitudine 40 metr. circiter.

89. **Pinus Popocatepetlii** (Roezl), folia quina, paululum stricta, valde glauca, 12—13 cent. longa; vaginae breves, e squamis membranaceis laxis et valde caducis. Coni 30 — 35 cent. longi, 9 — 10 crassi, valde resinosi, apice paululum tortuosi. Squamae recurvatae, radiis validis longitudinalibus exaratae. Protuberantia terminalis, 10 mill. lata, 6 longa. Arbor 35—40 metr. alta, ramosissima, foliis valde glaucis, pulcherrima. Coni in summis ramulis nascentes e longinquo visi tantam cum fructibus Ananassae similitudinem habent, ut incolae illius regionis nomen *piña* iis dederint.

---

*) Utrum nomen triviale omissum, an pro Lindley *Lindleyi* legendum, an Roezlii auctoritas adponenda sit, plane nescimus. In data diagnosi plura occurrunt, quae intellectu difficilia videntur.

Crescit in latere orientali montis Popocatepetl, altit. 11 — 12000 pedum.

Sect. XIII. *Taeda. Folia terna. Squamae arctissime adplicatae.*

90. **Pinus patula** (Schiede et Deppe); folia terna, valde tennia, laxa, 10 — 15 cent. longa; vaginae ciliatae, persistentes, sericeae, 10 — 20 mill. longae. Arbor 20—25 metr. alta. Rami expansi, versus summitatem reversi; ramuli elongati, graciles, expansi, juniores cortice pallido griseo-cinereo, interdum leviter violaceo tecti. Habitat in regionibus frigidis Mexici: La Joya, las Cruces, inter Lermam et Toluccam et in regione contermina ad Real del Monte.

Sect. XIV. *Pinea. Folia gemina brevissima. Coni parvi obtusi. Semina magna exalata edulia.*

91. **Pinus Llaveana** (Schiede), folia terna, abbreviata, maxima pro parte incurva. Coni parvi, irregulariter subglobosi. Apophysis rhomboïdea, leviter convexa, transverse carinata, longitudinaliter paululum elata. Protuberantia depressa, utplurimum mutica. Arbor saepe tortuosa, vix 8—9 metr. alta. Rami numerosi, diffusi, expansi vel deflexi, apice erecti; ramuli tenues expansi. Habitat montes Mexici frigidos.

Si, respicientes in numeros generum et specierum Coniferarum hoc in catalogo enumeratorum, tam notas quam novas sejungimus species, reperimus:

Genera	species	jam notas	novas
Cupressus	3	3	
Taxodium	1	1	
Juniperus	4	3	1
Tsuga	1	—	1
Abies	2	2	—
Pinus	91	8	83
6 Genera.	102 Species.	17 notas.	85 novas.

Novas inter species duo militantur nomina nullo verbo illustrata, quibus neglectis numerus novarum ad 83 descendit, Endlicheri Synopsis multo minorem continet, ut ex sequente tabula videre licet:

Juniperus: species	Mexicanae	4	quarum una dubia
Cupressus -	-	4	quarum duae dubiae
Chamaecyparis-	-	1	
Taxodium -	-	1	
Pinus -	-	18	
5 Genera		et species 28	cum duabus dubiis.

Generum numerum haud auctum videmus, *Tsuga* enim et *Abies* et *Pinus* catalogi in unum genus *Pinus* apud Endlicherum confluunt, quod 18 species mexicanas continet, 94 autem ab hortulano Roezl distinctis speciebus numerus sexies fere major fit, nec omnium Pinuum orbis terrarum (114 ex Endlichero cum dubiis) multo minor. Quae comparatio suspicionem movet, numerum specierum mexicanarum formis omnibus obviis tantopere et eodem modo auctum esse, ut in catalogis plantarum venalium hortulanorum fieri solet.

II. De Pinastris Germaniae et Helvetiae observationes.

Ingens ille novarum specierum ex regno Mexicano orientium numerus, ad suspiciones et dubia multiplex, in domum patriam me reduxit, ut in nostras vulgatiores variisque locis nascentes, quo modo variare et quo modo in species formasve divelli possent, species inquirerem. Quid lucri dederint hae lucubrationes, qui mecum huic critico itineri se committunt, videbunt. —

Pinus sylvestris L. noster in Endlicheri synopsi hanc diagnosin accepit:

„Pinaster trunco erecto stricto; foliis geminis abbreviatis rigidis glaucescentibus, strobilis in pedunculo uncinato nutantibus parvis ovatis, squamarum apophysi pyramidata recta opaca rugosa, umbone truncato lato mutico.“

Qua accurate lecta, si varias inspicis icones hujus per Europam vulgatioris arboris conos oculis tuis offerentes, certo non denegabis, icones illas tam inter se quam ab ipsis conis passim collectis vario modo recedere. Coni amplitudo tantopere variat, ut minores triplo fere a majoribus ejusdem speciei superentur, quod ex diversitate soli nutrientis dependet; coni figuram nunc observamus rotundato-ovoïdeam, nunc magis cylindraceam, nunc evidentius acuminatam; variat porro aperiendi gradus in cono maturo, squamis inter se plus minus hiantibus, nonnunquam et omnibus tali modo apertis ut coni aperti basis fere plana evadat, qualem in *P. Laricionis* variis formis saepissime videre potes, ut ova-

tam s. rotundatam et convexam basin in nostro sylvestri saepissime occurrentem invenies, quae basis primo vitae stadio symmetrica, in sequente pedunculi deflexione fit asymmetrica, parte ejus extera convexiore, crassiore, egregius efformata, interna autem axi adversa macilenta et debiliore. Variant quoque squamae ejusdem coni, non solum magnitudine, sed etiam apophysis forma et effiguratione, ita ut necesse sit ejusdem regionis squamas comparare. Apophysis, inprimis variabilem formam praebet, ut ex iconum perlustratione patebit. Inspiciamus primum Richardi figuram ab ipso delineatam in Tab. XII. fig. q. r., quarum altera conum clausum, altera apertum repraesentat. Coni sunt 7 — 8 cent. longi, clausus 3 cent., apertus 5 $^1/_2$ cent. latus est, longe acuminati sunt ex basi ovoïdea rotundata. Apophysis compresso-rhomboïdea *) obtuse pyramidata, pyramidis angulis usque ad peripheriam decurrentibus, margine superiorum rotundato obtuso, inferiorum recto et in angulum acutiorem protracto. Pyramidis apex plus minus deflexus est, obtusus, aut foveola instructus, cui insidet mucro brevis deorsum versus.

Icon coni clausi in Tab. IV. fig. III. operis a clar. Fr. Antoine (die Coniferen) data, illi parisiensi s. gallico quodammodo respondet, licet paullo minor sit, 6 cent. longus, vix 2 $^1/_2$ cent. latus.

Vol. XIV. plantarum officinalium ab Hayneo inchoatarum in tab. 9. producit ramum *Pini sylvestris* Marchiae Brandenburgicae, a C. F. Schmidt, plantarum pictore

---

*) Hoc termino eam apophyseos formam designamus, in qua diameter longitudinalis transversalem superat, depresso-rhomboïdeam nuncupamus si diameter transversalis longitudinali longior est, si uterque diameter aequalis de apophysi rhomboïdea loquimur.

accuratissimo depictum, conosque duos maturos ferentem, qui 4,5 ad 4,8 cent. longi, apophyses ostendunt subrhomboïdeas s. quinquangulares depresso-pyramidatas, umbone terminali breviter prominente, foveolato nec mucronato.

Ad hanc figuram accedit icon strobili in Tab. 4. operis: „Vollständige Naturgeschichte d. forstl. Culturpfl. Deutschlands, von Hartig“, ubi in descriptione plura afferuntur, quae in ipsa figura haud cernuntur, dicitur enim: mediis squamis strobili esse pyramidem (pars quam alii apophysin nominant) depressam, cujus in medio ex umbone concava mucro rectus obtusus vix discernendus provenit. Ramus hic depictus a Guimpelio ex regione Berolinensi erit.

Reichenbachius in icon. Fl. Germ. et Helv. Vol. XI. t. DXX. delineat strobilum apertum et juniores, in illo, 4 1/2 cent. longo et 4 lato, apophysis obtuse producta et deorsum versa est.

Arboretum et fruticetum Britannicum Londonii strobilum offert clausum sub fig. 2044. in Vol. IV. p. 2153, cujus apophyses eo magis prominent, quo inferiores sunt, inque umbone mucronem parvum obtusum interdum deficientem offerunt. Alium strobilum in summo apice sese aperientem loco citato p. 2160. fig. 2048. invenimus, qui cum iis convenit, quorum apophyses magis laeves sunt. Tertia hujus operis icon p. 2157. fig. 2047. repraesentat strobilum clausum *P. uncinatae*, quae varietas *P. sylvestris* censetur. Apophysis in hac figura longius pyramidata et simul deorsum flexa uncum efficit, in quo mucronem non vidimus; affinior haec forma igitur Richardianae et Antoineanae, sed varietas *P. sylvestris* non videtur, inprimis si comparamus iconem strobili in Antoine Conif. Tab. III. f. III., quae docet *P. rotundatam* Linkii omnino esse diversam, qua de re serius.

Sed jam satis de iconibus, nunc ad strobilos venimus a nobis aliisve collectos.

In sylva Doelaviensi prope Halam sita, majore ex parte e Pinubus constante, quae in solo magis minusve arenoso passim bene vigent passim macilescunt, strobilosque magnitudine valde diversos producunt, minores 16 — 20 millim., majores 4,2 — 5 cent. longos vidi; apophysis rhomboïdea vel depresso - rhomboïdea, cinerascens vel pallida, ab squamae dein nigricante extera parte valde apparens, angulo infero magis acutato et lineis nunc rectis, nunc concaviusculis cincto, angulo supero plus obtusato, attamen haud rotundato, ceterum est deplanata, linea elata ex angulis lateralibus ad umbonem ducta semper notatur, linea simili ex angulo infero ad umbonem currente fere semper praesente, linea vero ab umbone ad superum angulum tracta saepius deficiente vel obscuriore; striolae leviter impressae satis densae ubique ab umbone ad marginem procurrunt, qui leviter incrassatus striolis evidentius exaratis insignitur. Umbonis diameter transversus plerumque major, centrum excavatum, margo cavitatem hanc includens incrassatus, lacvior et colore dilutiore laetiore insignis, in media supera parte saepius in tuberculum parvum obtusum vel mucronem brevissimum conicum acutum et deorsum versum excurrit, qui in laterali conspectu haud videndus. Apophyses inferiorum squamarum sensim minores, et inprimis minus lati et potius altiores, umbone magis orbiculari nec ita distincte exsculpto. In nonnullis apophysibus praeter lineas quatuor ad angulos euntes unam alteramve animadvertes marginem inferum petentem.

Non desunt aliarum arborum strobili, quorum squamae lateris exteri apophysin praebent magis pyramidatam et simul deorsum flexam, ita ut pars superior convexior immineat quasi in inferiorem planiorem, qui depressior sub curvato

margine superi jacet; in coni parte ramo adversa apophyses fere planae sunt, ut supra descriptae. Quae forma apophyseos magis pyramidalis in juniore strobilo viridi semper adest, sed in latere extero semper, inprimis ad basin, evidentior esse solet et pyramis deorsum curvatur. Lineae acutae apophysin in quatuor areas triangulares dividentes saepius aliis augentur vario modo ab umbone marginem petentibus, quibus arearum numerus increscit earumque latitudo multipliçi modo variat. Mucro tandem plerumque minor et deorsum versus interdum major fit et rectus procedit, ita ut in squama a latere adspecta optime videri possit.

Ex Austriae sylvis prope Vindobonam a beato Jacquinio strobilos *Pini sylvestris* accepimus, qui magis cylindracei, apice attenuati, squamas praebuerunt paulo angustiores, quarum apophysis compresso-rhomboïdea umbonem habuit multo magis prominentem, medio minus excavatam sed umbonis margo superus, cum linea transversa prominente continuus; protractus et medio apiculo nunc obtuso nunc acutiusculo rectiusculo instructus est. Qui strobili sese aperientes 5 centim. longi, $2\frac{1}{2}$ circ. lati sunt, apophysi albido-cinerascente, squamae corpore inferne brunneo nec nigro. Juniores videbantur.

Bohemicos strobilos maturos plures videre licuit, majores, minores, juniores et adultiores et plane perfectos. Clausi longe acuminati sunt vel cylindracei. Longitudine variant 3 — $5\frac{1}{2}$ centimetrali. Plane aperti basin interdum fere planam ostendunt. Apophysis forma in eodem strobilo saepius varia, in latere exteriore strobili apophyses alte pyramidatae, pyramides inferiorum squamarum semper longiores et quo ad basin strobili deorsum versae paululum deflexae, usque ad sex millimetra longae, apice obtusae, umbone scilicet convexo quasi obliterato, nec nisi in superioribus squamis, qua-

rum pyramis multo minus prominet, foveolam praebentibus mediam cum ambiente margine nunc obsoletiore, nunc ex parte tantum praesente, mucrone autem passim obvio et mox libere prostante, mox ex continuatione lineae superioris enato, hac linea et duabus transversis interdum usque ad umbonis foveam intrantibus ibidemque sese jungentibus.

Strobilos quoque possideo arborum, quae sub nomine *P. sylvestris* var. *rubrae* Cels. coluntur, colore paullo pallidiore squamarum, corpore magis fusco, apophysi magis pyramidata conveniunt cum formis nonnullis bohemicis nec ab aliis differunt.

Simili modo et qui sub *P. sylvestris* var. *genevensis* nomine versantur strobili mediam longitudinem possident, apophyses leviter prominentes, umbonis latiusculi marginem inferum magis prominentem, mucronem saepe libere adstantem vel e linea superiore ortum ducentem.

In Celsii aliorumque catalogis varietas *rigaüana* s. *rigaënsis* nuncupata reperitur, cujus coni 4,5—4,6 cent. longi ex ovoïdea basi attenuati, semi-aperti, inferius $2\frac{1}{2}$ centim. circ. lati erant, apophysis eodem colore cinerascente a squamae colore fusco distincta superne marginem rotundato-convexam ostendebat v. angulum curvilineum, basi acute v. acutissime protractum, praeter lineam elatam transversam aliae numero variantes ex umbone radiatim marginem petentes, inprimis in inferioribus squamis magis conspicuae. Ex umbonis valde prominentis supera media parte aculeolus rectus vel obsoletus, ipse umbo levissime deorsum flexus rectusve. Fructus ala duplo longior seminifera parte.

Ad *P. sylvestrem* quoque conos minores duco ex Rhaetia inter Andeer et Splügen a clar. Ecklero petitos, qui 3,5 cent. longi et breviores, basi convexi apophysin praebuere superne angulo plus minus evidentiore et basi acute producto insignem,

plus minus pyramidatam, pyramidibus exteri lateris in inferioribus squamis praesertim deorsum curvatis, umbone medio excavato, mucronulo rarius distinguendo rectiusculo. Quae deorsum versa directio apophyseos pyramidatae jam in junioribus viridibus strobilis eo magis conspicitur, quo magis elongatus vel attenuatus sit. Arbores sub quibus reperti sunt coni acubus suis et foliorum primariorum basibus relictis omnino *P. sylvestrem* borealiorem aemulabant, conis junioribus elongato-conicis ad 5 centim. longis, umbone magis prominente (propter exsiccationem forsan) medio excavato saepius mucronato instructis.

Quae observationes docere videntur, multa esse variabilia in squamis strobilorum: apophyseos circumscriptionem et altitudinem, umbonis figuram et foveolam et mucronem et margines, lineas ab angulis ad umbonem decurrentes nunc acutius prominentes, nunc obsoletiores, nunc usque ad umbonis medium intrantes, nunc ad marginem ejus accedentes; denique, latera strobili deflexi, externum luci et aëri magis expositum et internum rami foliisque adpressum tam vario modo posse effingi, ut squamas si seorsim contemplaris haud ejusdem speciei esse censebis. Summa igitur cautela adhibenda est in fructuum characteribus recipiendis et formandis, ne ex levibus gravioribusve varietatibus novas condere velis species.

Superest reliquas ut indigenas, nostro *P. sylvestri* cognatas species perlustremus. Nomina plurima nobis occurrunt, quae vario modo ab auctoribus botanicis conjunguntur sub nominibus specificis. Monographiae auctor distinguit: 1. *P. Pumilio* Haenke, quacum *P. Mughus* Scop., *P. sylvestris γ. montana* Ait. junguntur. 2. *P. uncinata* Ramond., cui adduntur pluribus sub varietatibus et formis *P. Mugho* Poir.,

Mughus et *uliginosa* Koch all., *P. montana* Duroi, *P. rotundata* Lk., *P. Pumilio* Lamb., *P. humilis* Lk., *P. obliqua* Sauter, *P. uliginosa* Neum., *P. pyramidalis* Renm., *P. sylvestris* varr. Auct. — Qua ex nomenclatura id certissimum elucere videtur, alios fuisse auctores specierum variarum defensores, alios earum detrectatores, et dictu difficile esse, utrum illis sedulo distingnentibus, an his omnes formas compingentibus palma sit danda. Hac in difficultate haud praetervidenda sunt, quae ab iis proferuntur, quibus ultimas *Pini sylvestris* fines tam in septentrionalibus plagis quam in alpium summitatibus observandi data fuit occasio. In Flora Rossica Ledebourius, qui ipse montes Altaïcos perlustraverat, *Pini sylvestris* diagnosin aliquantulum commutavit, dicens: strobilos esse ovato-conicos, breve pedunculatos, squamis dorso tuberculo prominente saepe retrorsum hamato. In varietatum diagnosibus porro addit: 1. ad var. *β. sibiricam* (Fl. Alt. IV. p. 199.) strobili basi applanati squamas esse numerosiores, tuberculo squamarum inferiorum ad strobili latus exterius positarum magis prominente, pyramidatas, angulo anteriore porrecto. Haec in planitiebus arenosis circa radicem montium Altaïcorum et in deserto songarico-kirgisico sylvas constitnit et in omnes montes altaïcos graniticos, vix ultra 3000 pedes adscendit. — In var. *γ. hamata* Stev. (Bull. d. la soc. d. Mosc. 1838. No. 1.) dicit: strobilum elongatum conicum esse, squamarum tuberculo in mucronem acutum recurvatum elongato, — et in var. *δ. argentea* Stev. (l. c.) describit strobilum ovato-conicum, squamarum tuberculo retrorsum hamato. Quae ultimae duae varietates in provinciis Caucasicis observatae sunt. *Sibiricam* illam Florae Altaïcae auctor speciem fore prius suspicatus est, serius in Flora Rossica europaeae *sylvestris* varietatem habuit, quo facto impulsus diagnosin speciei mutavit, dilatavit, quod non vituperandum est. Va-

rietas vero *sibirica* deleatur necesse, ut ex supra allatis tam depictis quam descriptis formis patet.

Sed dolendum de neglecta varietate *pumila* Gmelini, quam in sua Flora Sibirica hic auctor hisce verbis introduxerat:

α. *Pumila*, foliis brevioribus et conis minoribus (*Pinus humilis incubacea* Frank. et Lind. Linn. Lapp. p. 346, *Pinus sylvestris* Gagnebin Hall. Helv. p. 150). In locis paludosis camporum Barabensium passim occurrit, ubi silvulas integras, nulla alia arbore conspicuas efficit, et proprio Russico nomine salutatur. Arbusculae ab una ad tres orgyias altae. Acus anciales latiusculae laete virides, subito in mucronem luteolum terminatae. Coni penduli multo minores, quam in arbore naturali.

Ab Linnaeo in Flora Lapponica ad hanc speciem plures formae ab veterioribus floristis Suecicis proprio nomine condonatae citantur, sed de his dicit: unicam modo speciem in Suecia occurrere, nec unquam alteram, nisi e variationibus secundum loca pinguiora, paludosa etc. absque ratione sufficienti confectam, quas veras agnosceret species, cum aliquis Lapponem parvum, nigrumve Aethiopem et album Europaeum specie inter se differre demonstravit. Varietatem deiu notat in Lapponiae sylvis rariorem in Uplandia inter Oekstad et Laeby copiose crescentem, in qua rami fere omnes primarii ex eodem puncto eque summitate brevis caudicis recti et fastigiati surgant. De auctorum veteriorum, Lindestolpe et Franken, *humili incubacea* et de *pumila incubacea*, et de *humili*, *ramo et folio densiore cortice subfusca* nil subjungit. In Flora Suecica has formas minores sub literis graecis varietates proponit et haec addit: Pygmaea in alpibus paludibusque buxea duritie ad arcus, carinas traharum, soleasque sesquipedales lapponum"; nullo modo autem nec de

crescendi modo, nec de strobilis aliquid addit. Ultimas Pinus Lapponiae alpes versus procedentes et praecipue ad hyperboream accedentes Wahlenbergius in Flora Lapponica describit tortuosas et difformes, altitudine nonnullarum orgyarum, numquam ibi in latitudinem quandam coactas ut subrepentes vel procumbentes dicerentur; in montibus subalpinis Vermlandiam et Dalekarliam distinguentibus eam jamdudum vidit adeo depressam et supra betulas adscensam ut de *Pinu pumilione* (ex itinere in alpes Helveticas et montes Carpathos suscepto ei notissima) cogitavit. „Certum tunc est“ postremo subjungit, „quod Pinastros nullos habemus in alpibus Lapponicis, an vero in subalpinis meridionalioribus, vix dicere audeo.“

Nullus, quantum scio, peregrinatorum Rossicorum de hac var. *pumila* Gmelini verba fecit. Schrenkius de *Pinu sylvestri* in enumeratione plantarum per plagas Samojedarum cisuralensium observatarum (Reise durch d. Tundren d. Samojeden. II. p. 527.), haec habet: in pinetis regionis sylvaticae frequens, ad Kölvam inferiorem jam rarescit et ultra deperditur. Iterum obvia ad fl. Pjóscham arbor depressa debilis; abhinc occidentem versus ad sylvarum limites hinc inde observata. Cel. Ruprecht (Beitr. z. Pflanzenkunde d. russ. Reichs. 2. p. 56) de *P. sylvestri* dicit: In sylvis circa Mesen aeque frequens ac Abies; arbores humiliores vix 12-pedales, ramis pyramidatis, sylvulam fere emortuam cum Abiete constituentes ad sinum maris pr. Mesen vidi v. gr. in prom. Tolstoi et Kargowsky. Folia arborum litoralium humiliorum sterilium confertiora et breviora (plerumque 1, ad summum 1½ poll.), quam in descriptione Linkii (Linnaea 1841) sed eadem in Petropolitanis quoque conspiciuntur.

Quae omnia si comparas videbis *P. sylvestrem* in regionibus septentrionalibus tandem deminui, macilentam fieri, foliis brevioribus et fructibus minoribus instrui, sed vix habitu mutari,

nec in paludosis et turfosis nisi fortuito reperiri, speciem affinem haec loca amantem et ultra fines *P. sylvestris* boream versus progredientem haud existere, vel valde dubiam esse. Rem igitur sese aliter habere, ac in alpibus australioribus Europae, ubi supra terminos reliquarum Coniferarum: *P. Abietis, Piceae, Cembrae, Laricis, sylvestris* huic maxime cognatae species crescere incipiunt et loca humentia, turfosa, immo paludosa obtegunt. Quonam autem jure species propriae nominantur hae formae alpinae? Incipiamus a *pyrenaica* planta.

Ramondii *P. uncinata* prima apparuit in addendis ad Floram Gallicam Lamarckii et Candollii (III. p. 726 inter addendas plantas), ubi intermedia inter *P. rubram* (quae *P. sylvestris*) et *P. Mugho* (quae *P. Pumilio*) a priore distinguitur: colore ligni cinerascente (nec rubro), foliis rectioribus, longioribus, minus glaucis; strobilis brunneis (nec glaucis), ovali-oblongis (nec conicis), squamarum umbilico haud in centro sed in extremitate inferiore posito et squamis apertis maturitate uncum quasi formante retro spectantem; embryone denique quamplurimum 7 (nec 5) lobos praebentem De statura et habita hujus arboris, quae in altis Pyrenaeis, inter 1800 et 2200 metr. crescit, mixta cum *P. sylvestri* (*rubra*), cujus altitudinem aequat superatve, nil adfertur, sed modo dicitur synonymorum partem ad *P. Mughum* citatorum probabiliter ad hanc speciem fore referendam.

Grenier et Godron in Flora Gallica eandem arborem, quam elatam, fastigio pyramidali, ramis verticillatis et horizontaliter expansis, iisdem igitur verbis ac *sylvestrem*, describunt, enumerant non solum e Pyrenaeis, sed etiam ex monte Ventoso Delphinatus alpibus altioribus; descriptio ejus ab illa *P. sylvestris* praesertim strobili indole discrepat, cetera enim, paucis nec gravioribus characteribus exceptis, ut foliorum

colore, conveniunt. In *P. uncinata* strobili sessiles patentes v. reflexi sunt, ovales v. ovali-conici, obtusi, basi obliqui (in *sylv.* oblongo-conici acuti breviter pedunculati, constanter inde a primo anno reflexi), squamarum apophysis prominens pyramidalis, porrecta v. reflexa, mucrone parvo conico fragili terminata (in *sylv.* apophysis rhomboïdea, transverse carinata, convexa, haud deorsum reflexa, in centro cum umbone obtuso). Quas differentias si comparas cum descriptionibus supra datis variorum strobilorum et tecum perpendas strobilum revera sessilem haud reflecti posse, omnemque strobilum reflexum necessitate coactum basi obliquum fieri, differentiae valde diminuuntur. Sed alios adeamus auctores!

In herbario cl. Lapeyrouse, ut ex revisione comparativa Prof. Clos discimus, adest *P. sylvestris* L. et *P. Mugho* Poir. et *P. sanguinea* Lap., quae omnes ad *P. uncinatam* Ram. e sententia auctorum pertinent, quod Zetterstedtium fugit, qui inter plantas vasculares Pyrenaeorum centralium ex auctoritate Lapeyrousii notat *P. sylvestrem* et confitetur, se eam nullibi vidisse, dein ad *P. uncinatam* Ram. accedens, communem dicit per totum centrum jugi Pyrenaeorum, inde a Maladetta usque ad Mont Perdu et Marboré, inprimis in parte Hispanica, additque hanc arborem nunquam veras sylvas densas formare, magis dispersam enim provenire, praesertim inter 1600—2000 metr. crescere, sed haud raro profundius descendere et altius adscendere, ut in summitate m. Rencluse ad altit. 2200 metr.

Tertium auctorem ex clar. Loudoni arboreto petimus, Centurio S. E. Cook (qui librum sub titulo „Sketches“ allegatum edidit) ad Loudonium de hac specie *uncinata* scripsit (Arbor. Brit. IV. 2188): *P. uncinata* reperta est in regione superiore vegetationis arboreae in utroque latere Pyrenaeorum,

Ad lacum de Gaube aliisque paucis locis, ubi sylvas in primario statu esse credunt, primum cum *Picea pectinata* et *Pinu sylvestri* crescit, sed altius adscendens has arbores relinquit et sola regionem sibiricam altiorum Pyrenaeorum intrat. Alia loca, in quibus provenientem credunt, Pyrenaeos inter montes et Alpes Montemque Cenisium sita sunt, certissime est super magnis sylvis ex *P. sylvestri* compositis, la Maurienne dictis. Durities, resinae copia, firmitas lignum *P. uncinatae* majoris pretii reddunt, quam *P. sylvestris*. Ornamenti causa coli meretur propter folia intense et obscure viridia, dense disposita, et habitum, producit enim, ubi libere crescit, copiam ramorum ab terra adscendentium (trailing on the ground), valde insolita virtus inter plantas ejusdem familiae*). In Pyrenaeis gallicis nunc (a. 1837) pancae supersunt reliquiae hujus arboris nobilis, quae fere omnino populi imprudentia eradicata est, ita ut paucae adsunt ad lacum de Gaube, ad Gavarne, ad lacum d'Oo, ad Arriège, sed in Arragonia et Catalonia vastae reperiuntur sylvae, quae sese extendunt inde a montibus Maladetta et Mont Perdu usque ad vallem Andorre ad Segram, ubi maximae sunt valli Arreau oppositae, et in territorio Hispanico illae, quae in boreali-orientali directione a Benarque et in republica Andorra occurrunt. *P. sylvestris* valde coguata arbor differt habitu, colore et rigiditate foliorum, conorum forma, quibus notis jam e longinquo ab illa diguosci potest. Icon a Loudonio l. c. data sub no. 2060 (quae ex Nouv. Duh. V. p. 233. t. 68. depromta dicitur et nomine *P. Mugho* ibidem signata esse videtur) et

*) Icon sub n. 2061 l. c. data valde diminuta plantam ad Dropmore cultam repraesentat, fruticem 14 ped. altum, multis ab terra assurgentibus ramis auctum. Quo charactere convenit cum *P. Pumilione*.

illa ab Antoine Conif. Tab. III. Fig. III. data conveniunt: forma apophysis pyramidatae, elongatae et deorum deflexae, immo incurvae, sed recedunt mucrone aculeiformi curvulo, in Loudoniano evidentissimo, medium umbonem terminalem occupante, in altera figura, varietatem rostratam *uncinatae* repraesentante, obsoletiore.

P. uncinatam Ram. speciem distinguere non haesitarem si haec arbor, quae mox procera ut *P. sylvestris*, mox ut Cookius contendit, ex caulis basi ramos multos adscendentes edit, conos haberet, quorum squamae omnes et utriusque lateris apophysin pyramidatam deflexam apice umbonatam et mucronulo saepius munitam ferrent. Apophysium elongatarum et uncinatarum praesentia in parte extera strobili sola haud sufficeret ad speciem distinguendam, si memineris formarum ex nostris regionibus supra descriptarum. Utrum vero Galliae orientalis montes, Helvetiae et Tyrolis alpes, Austriae et Silesiae nec non mediae Germaniae montes, talem *P. uncinatam* habeant, valde dubius sum, omnes auctores enim *P. rotundatam* Linkii, *P. obliquam* Sauteri, *P. uliginosam* Neumanni, *pyramidalem* Reum, formas multis dubiis vexatas *uncinatae* vario modo admiscent, mox hoc, mox illud nomen speciei vindicare tentant, quare plurimos eorum audire necesse erit.

Inter citata Flora Galliae (III. p. 152) praeter Lapeyrousii *P. sanguineam* supra jam memoratam reperimus Villarsii Dauph. III. 805. *P. sylvestris δ.* sed ut credimus erroneum et *P. sylvestris γ.* designandum, ut expositio sequens docebit.

Flora Delphinatus a Villarsio edita sub *P. sylvestris* nomine quatuor formas enumerat: veram *sylvestrem*, cujus truncus, cortice crasso cinerascente et fisso tectus, ultra 25 ped. altus fit, immo ad altitudinem octaginta pedum adscendit,

foliis $1\frac{1}{2}$—2 poll. longis, conis facile sese aperientibus, ita ut aliquantulum petala rosae duplicis aemulantur. Dein forma *minor* foliis brevioribus acute rigidis pungentibusque, conis semper pendulis, in regionibus calidis crescens *Pinaster* forsan. Tertia forma est *Mugho* Helvetiae et Carnioliae, additis synonymis certe ad eam non pertinentibus, de qua dicit, paululum differre a prima, humiliorem esse, foliis conisque magis elongatis et minus apertis, omnes altiores montes eam tegere, sed truncі brevitatem aliosque characteres eo magis evanescere, quo magis descendat, ita ut haud amplius altera ab altera discerni possit. Quarta est *P. maritima*, quae nos non tangit. Ex supra dictis Villarsii haud concludere licet, quamnam habuerit speciem.

Alius vero auctor, qui de flora montis Ventosi agit, haud citatur, clar. Martins in Ann. d. sc. nat. 2. sér. Vol. X. p. 129 et 228 de distributione plantarum in hoc monte 1911,4 metr. metiente a se ipso aliisque collectarum loquitur, nobis indicat ab *P. uncinata* signari propriam regionem in declivitate meridionali ad 1480 metr. altitudinem, in septentrionali paullo inferius incipientem. Haec arbor in meridionali parte dein ad 1650 metr. sub forma fruticis parvi hemisphaerici occurrit et limitem suam ad 1810 metr. attingit, in septentrionali declivi cum *Abiete excelsa* eam concomitante 1720 metr. altitudinem haud superat. Serius addit, hanc Pinum usque ad 1646 metr. altitudinem quindecim pedes altam evadere, sed abhinc dimensiones ejus diminui, fruticosam fieri, 1—2 ped. altam. In plantarum indice ad calcem subjuncto praeter *P. uncinatam* Ram. nominatur quoque *P. sylvestris*, de qua ceterum silet, cum *P. uncinata* commixta. Alium locum quem inhabitaret in Gallia *P. uncinata* non reperimus, in Vogesis *P. sylvestris* et *montana* in turfosis nominantur, in aliis partibus *P. sylvestris* nonnisi culta occurrit.

Ad regionem Jurassi procedentes Thurmanni „Essai de phytostatique“ magni pretii est, in volumine secundo ad paginam 214, 215 de *P. sylvestri*, *P. Mugho* Scop. et de *P. uncinata* Ram. dissert et ad calcem sequentem addit observationem:

P. uncinata (quam in duas formas dividit: *P. uliginosam* Koch, arborem elatam in turfosis humidis cum *Betula alba*, *pubescente* et *nana* crescentem, et *P. Pumilionem* Koch in altioribus saxosis, eo magis tortusam et ramis suis terrae incumbentem et prorepentem, quo altius adscendit, reperiendam) bene distinguitur uncis suis ab *Mugho* et *sylvestri*, quae conis sursum versis in illa et reflexis in hac inprimis differunt. Pluribus locis in Jurasso Pinus observatur tortuosa *Pumilioni* similis, et alia in turfosis *uliginosae* cognata, de quibus auctor dicere nequit, utrum revera ad has pertineant species, an potius *P. sylvestris* formae sint, varia statione ortae. Certissimum esse, variationes *P. sylvestris* dari, quae habitu suo confusionis ansam praebent. Esse possit et veram *Mughum* pro *uncinata* et vice versa hanc pro illa declaratam esse! — Quid nunc in tanta ambiguitate faciendum est?

Florae Helvetiae auctor J. Gaudin *P. uncinatam* non vivam, sed siccae specimina a Schleichero ex alpibus valesiacis in collectionibus distributa vidit, quam hoc loco raram cum aliis comparavit, quae cel. Gay ex hortis cel. Lapeyrousii acceperat. Dein *P. sylvestrem* habet cum varietatibus tribus pro parte dubiis. Strobili formae primariae, arboris excelsae maturi penduli, griseo-cinerei, ovato-conici, acuti, squamis crassis apice rhombeo-quadrangulis, umbilico centrali. — Forma *β. montana* Wahlenb. strobilos possidet patentes, oblongos, squamis recurvato-uncinatis (qua nota ad *P. uncinatam* accedere videtur) et ramis decumbentibus trunco

longioribus. *Sylvestris* vulgatior in hancce formam in montibus altioribus facile degenerat, quin etiam circa Longirod omnino pumilam et tortuosam observavit et eos characteres ventorum impetui et nivium hiemalium ponderi tribuendos esse censet (Gaudin). — Var. *γ.* est *Pinaster tenuifolius inlo purpurascente* C. Bauh. de qua jam Hallerus fatetur non sufficere diversitatem ut fiat species. — Var. *δ.* est *Pumilio*, quae arbuscula vix orgyalis, trunco humili, ramis valde scabris, foliis dense approximatis, longitudine variis; conis demum lateralibus patentibus, ac fere horizontalibus, ovato-rotundatis, squamis apice valde incrassatis, colliculis tribus elevatis insignitis, demum uncinato-recurvis, postice nec ad centrum umbilicatis, junioribus mucronatis, senescentibus muticis instructa est. Denique addit: „an vere a var. *β. montana* s. *decumbente* differat, mihi nondum compertum est, forma enim strobilorum eorumque squamarum valde inconstans deprehenditur.“ Hanc anno 1830 prolatam sententiam decem post annos in Heerii editione Florae Helveticae ab Hegetschweilero suscepta redeuntem mutatis nominibus nonnullis vidimus. *Pinum sylvestrem* L. enumerat sylvas in Helvetia septentrionali planiore hinc inde formantem, *P. rotundatam* Linkii in declivibus siccis insolatis vallis Engadin, 5—6000 ped. s. m., verosimiliter quoque in Wallisia; — *P. Pumilionem* Haenkii (*P. Mughus* Scop.) in alpibus hinc inde usque ad 6000 ped. adscendentem fruticeti humilis adinstar solum declive obtegentem. — *P. uncinatam* Ram. auctori ignotam, in Wallisia et Jurasso ut dicitur crescentem, *P. rotundatae* adjungendam censit. In adnotationibus auctor discrimina inter tres illas species ab auctoribus et ab ipso proposita discutiens et notas omnes inconstantes esse affirmans, unius ejusdem speciei formas putat.

In alpium catena Häusmanni observatoris strenui Flora

Tyrolensis Helveticam sequitur, duas enumerat species *P. sylvestrem* et *P. Mughum* cum varietatibus *P. uliginosa* et *P. Pumilio*. Tertiam speciem *P. uncinatam* fide Linkii; qui in Linn. Vol. XV. p. 492 contendit, se ex Tyroli strobilos hujus speciei possidere, nominat, sed non vidit. Linkii autem *P. uncinata* haud ea videtur fuisse cujus strobilos depictos vidimus in Londoni arboreto et in Coniferis Antoinei, qui certissime non differunt ab icone in Pineto Woburnensi Tab. 2. de qua Linkius dicit, bonam quidem esse, sed strobilos monstrosos videri, squamarum omnium pyramide elongata conica reflexa, qualis in inferioribus tantummodo esse solet squamis. Linkii Pinus prius ab ipso *P. rotundatae* adposita est, quacum strobilis basi applanatis convenire, mucrone fere semper protenso et colore dilute fusco nitido recedere dicitur. De varietate *P. sylvestris* praeterea loquitur cel. Hausmann cujus strobili basi valde inaequales, apophysibus squamarum inferiorum lateris exteri reflexo-rostratis, omnino cum illis *P. obliquae* Santeri a cel. Reichenbach (Fl. exc. p. 159) descriptis congruunt; dein auctor addit: strobili *P. obliquae* a me observati ab illis *P. Pumilionis* haud differebant, variant igitur strobili utriusque speciei eodem modo. Sin vero quaerimus quomodo *P. sylvestris* et *P. Mughus* Scop. ex diagnosibus inter se differant, sequentes characteres occurrunt: in *sylvestri* truncus erectus (nec mox erectus, mox adscendens); folia glauco-viridia (nec viridia), coni hornotini in pedunculo deorsum flexo, conum aequante, virides, opaci (nec in pedunculo erecto, dimidium conum fusco-rubrum aequante, lucidi), maturi ex basi ovata conici, pedunculo multoties longiore (nec ovales v. conici, patentes vel deflexi, fere sessiles). Quae notae differentiales nullius sunt momenti, omniaque verba caeterum diagnosin componentia nullo modo differentiam praebent.

Icones Florae Germanicae et Helveticae a Reichenbachio editae in Tab. 522 ramum foliiferum et conos *P. uncinatae* ex Helvetiae occidentali depingunt, inque eadem tabula *P. obliquam* Santeri (quae *rotundata* Lk. et *uliginosa* Neum.), illa praebet strobilum rotundatum basi obliquum, squamarum apophysi pyramidata, truncata quasi et aculeolo recurvo munita; in *obliqua* autem conus ovoïdeus quidem et obliquus, apophysis vix brevius pyramidata, loco aculeoli processu perbrevi obtuso umbonem haud superante instructa est. Quae vero *uncinata* cum illa apud Loudon et Antoine nullo modo convenit.

De *P. uncinata* omnino tacet celeb. Doell in Flora magniducatus Badensis anno praeterlapso edita, sed acutius *P. sylvestrem* L. et *P. Mughum* Scop., cui non solum *P. Pumilionem* Haenkei sed etiam *P. rotundatam* Linkii, *P. uliginosam* Wimmeri et *P. sylvestris* varietatem *uliginosam* Linkii absque ullo dubio subjungit, distinguere tentat, diagnosesque offert pro hisce duabus speciebus multo ampliores, in quibus de gemmarum squamis basilaribus loquitur, haud vero ex iis notas essentiales petens, strobilorum varias formas jam pro parte indicans, sed de mucrone squamarum in *P. sylvestri* occurrente non loquens, connectivi formam diversam noscens, sed haud in diagnosi adhibens; differentiam in strobilo evidenter pedunculato et sessili quaerens, ubi melius dixisset brevius et crassius pedunculato, pedunculus enim semper adest, squamisque semper obsessus est. *P. sylvestris* in planitiebus et montibus ad regionem subalpinam usque in solo siliceo sylvas format, rarius in calcareis singula specimina offert. *P. Mughus* Scop. in regione subalpina sylvae nigrae in primis in turfosis crescit, non solum a basi ramosus, sed etiam elatiore oblique adscendente trunco in locis

humilioribus occurrens, quam formam *P. obliquam* Sauteri censet.

Subjungere placet hoc loco descriptionem concisam ramuli Pinus ab clar. Ecklero in Rhaetia prope Burwein collecti (specimen pedem metiens quinque annorum progenies est). Arbor erecta a basi ramosa fere 20-pedalis, rigidior et magis compacta, quam formae planietierum esse solent, crassioribus axibus, acubus brevioribus et hinc latioribus (2—3, 3 centim. long., fere 2 mill. lat.) breviter acuminatis pungentibus glaucescentibus insignis, foliis primariis squamiformibus et conis praeteriti anni viridibus plus minus deflexis v. horizontalibus *P. sylvestrem* aequat, cujus formam igitur habeo. Strobili virides apophyses habent valde convexo-pyramidatas plus minus deorsum versas cum umbone pallido prominente, excavato, supero ex margine mucronato. In conis maturis apophysium pyramides valde elevatas et deorsum curvulas in primis in latere extero reprehendis, dum in aliis speciminibus sunt depressiores eodem modo et colore ut in planitiei germanicae sylvis reperiuntur, hinc nullum mihi dubium, quin sit ipsius *P. sylvestris* forma, quae pro *P. uncinata* forsan habita est ab auctoribus, facie aliquantulum aliena deceptis.

Haec sunt quae de *P. uncinata* specie haud bene nota, nec figuris illustrantibus, nec verbis satis discriminata reperire potuimus, Pyrenaeis montibus propriam speciem, nec in Delphinatu, nec in Jurasso, nec in ceteris Alpibus Italiam interet et Germaniam occurrentem haberemus.

Nunc in *P. rotundatam* Linkii inquirendum est, quae ab ipso ejus auctore jam inter formas *P. sylvestris* posita resurrexit cura cel. Klotzschii, qui continuatis in iconibus et descriptionibus plantarum officinalium ab Hayneo susceptis

et per annorum seriem ad mortem usque summa cum laudé editis *P. rotundatae* Lk. iconem dedit et descriptionem (Vol. XIV. t. 10.) una cum icone et descriptione *P. sylvestris* L. (ibid. t. 9.), diagnosesque proposuit, ut species, optime inter se, ut dicit, distinctas, certis characteribus firmaret. Synonyma *rotundatae* sunt: *P. uncinata* Lk. En., *P. montana* Hoffm., *P. Mughus* Hegetschw., *P. sylvestris montana* Wahlenb., *P. sylv. rotundata* Lk., cur *montanae* nomen rejectum sit, haud indicatur, nec unde specimina fuerint, quae pictor C. F. Schmidt egregie delineavit, adjicitur. De *P. sylvestri* cui synonymon unicum *P. rubra* Mill. dict. additum est, idem valet dictum. Diagnoses, in quas primum intrant antherae et folia primaria, novas ejusmodi inquisitiones in reliquas et species instituendas poscunt.

P. sylvestris.	*P. rotundata.*
Folia vera squamiformia, brevissima, excavata, rotundata inter se remota	squamiformia, glabra, lanceolata, longe acuminata, integerrima, dense disposita.
Acus glaucae geminae	geminae.
Antherae crista minima obtuse acuminata	magna, valde dilatata, rotundata, margine tenuiter crenulata.
Strobilus pedunculatus reflexus, nondum apertus ovato-conicus	sessilis, horizontaliter patens, nondum apertus ovatus basi planus.
Squamae fructiferae intus cavae, oblongae, apice triangulares, clypeo quadrato et umbone verruciformi, inferiores semper adpressae	intus cavae, apertae horizontaliter patentes, clypeo late rhomboideo et umbone breviaculeato.

Folia primaria fasciculos acuum fulcientia antherarumque formae in segregandis speciebus magis valere videntur, quam strobilorum variabiles, nec in Klotzschii diagnosibus firmos characteres praebentes, aculeolus enim in umbone apophyseos tam in *sylvestri*, quam in *rotundata* aliisque adesse et deesse potest, sic ut ipsa apophysis mox depressa mox plus minus pyramidata, pyramide plus minus deorsum curvula in eodem strobilo reperiatur, qui vel pateat horizontaliter vel dependeat semper basi obliquus est, exterum latus multo magis evolutum quam internum ostendit.

Folia primaria squamiformia, in auxilium a Klotzschio vocata, utilia esse possunt ad species segregandas sed caute adhibenda sunt. Klotzschius *Pini sylvestris* folia primaria (ächte Blätter) in diagnosi describit: squamiformia, brevissima, excavata, rotundata, inter se distantia (auseinander gerückt), sed hac descriptione seniora tantum denotat, nec juniora; in juniore squama, quam in nascentibus ramis s. innovationibus illaesam videbis, superior pars triangularis acuminatissima insidet illi, quam Klotzschius pro integra habuit, sed citissime versus basin soluta extus curvata et liberata pars, ciliis suis exsudataque resina cum aliis ejusdem turionis connexa, indies aucto acuum volumine et procedente axeos elongatione tollitur, consociatis pluribus calyptrae adinstar apici turionis tandem insidentibus et rejectis. In turione tunc liberata squamulas, i. e. bases truncatas squamarum habebis solas, quae nunc longius persistunt et ramum annosiorem cum axillari supraposita cicatrice ramuli diphylli obtegunt. Ramos annotinos media aestate inspicienti integra squama folium repraesentans passim obviam venit, quae semper linea obscurius tincta transversa prope basin percursa ibidemque quasi geniculata locum rupturae interceptae indicat. Quae nostra observatio fallacem si reddere videtur Klotzschii

notam diagnosticam, nos ipsi objicimus, squamarum formam in variis speciebus diversam esse, nec minus modum tempusque rupturae differre, ita ut omni jure in has partes respicere liceat. Altera autem ex crista antherae sive ex apice squamae antheriferae desumpta nota differentialis optimum praebet characterem, haud semper sed saepius tam in planta viva, quam in siccato specimine facili negotio adhibendum, amenta enim mascula plane effoeta et exsiccata vel in loco ipso quo gignebantur, vel in proximo quodam diu inhaerere et persistere solent.

Adhibitis his notis ad distinguendos Pinastros Fl. Germ. credimus duas tantum praeter *P. Laricionem* existere species: *P. sylvestris* L. arbor planitiei, sicciora silicea loca amans, in humidis et turfosis haud prosperans et *P. montana* Mill. arbor montium et alpium, humida et turfosa eligens. Utraque species acubus longioribus et brevioribus occurrit, utraque strobilos majores minoresque, sculptura apophysium variabiles, basi plus minus obliquos, squamis inferioribus sterilibus majore minoreve numero praesentibus et appressis simul ovoïdeis, fertilibus plus minus hiantibus praebet, attamen illico distinguendos forma, colore.

P. sylvestris L. specimina vidimus Germaniae borealis et Bohemiae, Helvetica, italica ex montibus sinus Della Spezia acubus et strobilis minoribus insignia et petropolitana.

Diagnosis. Foliis primariis squamaeformibus triangulari-acuminatissimis citissime maxima pro parte deciduis basinque persistentem obtusissimam concavam relinquentibus, acubus glaucescentibus, margine serrulatis; squamis antheriferis appendicula brevissima angustiore latioreve integerrima terminatis; conis a primo anno deorsum curvatis, apophysi cinerascente, rhomboïdea, planiuscula v. varie pyramidata, pyramide interdum deorsum curvata, umbone subrotundo parvo, medio im-

presso, ex margine supero aculeolum compressum curvulum brevissimum vel tuberculum minimum emittente.

P. montana Mill. Specimina habemus ex turfosis ad Floss-Weiher inter Ochsenkopf et Schneeberg in monte pinifero Junio lecta, ex sylva Soos ad Franzensbad in Bohemia lecta, ex Filzteich prope Schneeberg in Saxonia a beato Kunzeo lecta (quae *P. obliqua* Saut. in Rchb. Fl. Sax.), ex montibus metalliferis inter Gottesgabe et Oberwiesenthal ab Reichenbachio lecta (n. 2144 hb. sub *Pinu obliqua* Saut. c. syn. *P. uliginosa* Neum.); Loferthal Salzburgiae a Spitzelio lecta (n. 724) ad glacies aeternas in monte Bernina Rhaetiae (attulit clar. Eckler), ex valle Engadin ab Heerio data (sub nom. *P. uncinatae* Ram.), alia e Sudetis absque loco speciali.

Diagnosis. Foliis primariis squamaeformibus triangularibus longius acuminatis persistentibus et demum obliteranti-bus; acubus viridibus, margine serrulatis; squamis antheriferis appendicula dilatata rotundata crenulata; conis primo anno erectis, apophysi dilute fusca convexo-rhombea vel oblique pyramidata, pyramidis nunc depressae nunc plus minus deorsum flexae angulo basali supero saepe protracto, umbone subrotundo v. transverse elliptico plus minus concavo et linea transversa elata saepius percursa, aculeolo minimo ex supero margine deflexo vel nullo.

Quae nostrae diagnoses ex vivis speciminibus omni in statu comparandis forsitan corrigendae eoque modo saltem simpliciores reddendae sunt; ut strobili squamas in latere interiore plane negligas atque ex exteris modo illas inter apicem mediumque sitas pro diagnosis compositione adhibeas. Majore strobilorum copia visa de media magnitudine quid statuendum erit, *P. montanae* semper minores illis *P. sylvestris* videntur minusque sese aperientes basique magis conici, sed non

committendum, ut nondum satis maturati aliquo casu dejecti exsiccati aperti comparentur cum plane maturis, suo tempore delapsis et actu maturitatis apertis, nec praetervidendum apertos brevi tempore aquae immersos in statum clausum reducendos esse ita ut utroque in statu contemplari possis facili negotio. *P. montanae* Mill. nomen praefero quippe quod prius datum sit nomine *P. Mugho* apud botanices patres jam obvio et in Encyclopaedia primum, quantum scio, apparente. Distinguere potes utriusque speciei formam elatiorem et depressiorem, quae depressior *P. sylvestris* rarior et magis fortuito oritur si in solo steriliore ventis exposito vel in altiori monte terrave maxime boreali crescit. Suspicamur vero omnes illas formas, quas sedulo distinguere voluerunt botanici gallici, germanici, helvetici sub nominibus *Mugho* s. *Mughus*, *Pumilio*, *uncinata*, *montana*, *uliginosa*, *obliqua* saepius speciei altiorum montium et alpestris, quam planitiei et montium humiliorum esse, uncinatam vero pyrenaicam forsan propriam speciem.

Tertiam Pinastri speciem germanicam *P. Laricionem* habemus, multis nominibus ornatam, et quantum e paucis, quae videre licuit speciminibus, simili modo variabilem. In horto pluribus sub nominibus acceptam colnimus, ramulis et acubus validioribus, his quoque longioribus, viridioribus semper insignem, absque ullo damno calorem majorem et saeviores hiemes ferentem, in solo nostro argillaceo lapidoso laetius quam *P. sylvestris* crescentem, cacumine obtusiore, ramis patentibus apice adscendentibus ampliorem.

In Endlicheri Coniferarum synopsi pag. 178 haec apparuit diagnosis:

„Pinaster foliis geminis longis erectis aut rarius patentibus, strobilis solitariis geminis v. pluribus subsessilibus, ovoideo-conicis, rectis v. incurvis, squamarum apophysi nitida

convexa, carina transversa elevata, latere superiore convexiore, umbone rhombeo mutico v. carina productiore subspinoso recurvo."

In varietates finditur tres, quae distinguuntur ramis subpyramidatis v. horizontalibus, ramulorum cortice pallidiore v. cinerascente vel fulvo, acubus subpatentibus flexibilibus v. patentibus rigidis v. erectiusculis rigidis, squamarum denique ungue intus ad sulcum medianum et marginem areae seminum alis subtensae obsolete vel distinctissime vel omnino non sphacelato. Quae ultima nota differentialis flocci habenda est, aream enim in ejusdem coni squamis nunc cingit linea distinctissima nigricans, nunc desideratur in altero, nunc in utroque latere, linea media sulcum sequente in hisce conis semper obvia. In *P. nigricantis* Hostii conis ex horto botanico Vindobonensi olim ab ipso Jacquinio acceptis, nec aream cingit linea sphacelata nec medium sequitur. Similem colorum varietatem habes in squamarum *P. sylvestris* interna pagina, ubi margo supra alas nunc pallidus nunc nigricans est. Quae omnes colorum mutationes inprimis pendent ab aetate coni, quo senior eo obscuriore tinctus est colore. De acuum rigiditate et directione id modo dicendum, rigidiores et longiores esse *Pini sylvestris* acubus, 12 — 14 cent. longas, sub angulo dimidio recto a ramulo, cujus directionem sequuntur, patentes, dorso convexas, facie profunde canaliculatas, margines scabras et apice breviter conico pallido pungentes. Cingitur ad basin acuum par squamis dilute fuscis cinerascentibus demum nigricantibus, circ. 12 centim. longis, transverse corrugatis, excepta supera parte, in inferis longius et latius in summis brevius et angustius acuminata, marginibus ut mos est in fila tenuia inter se contexta quasi solutis. Folia primaria squamiformia basi medioque fusca, margine lato cum apice albido cincta, longe acuminata, tertiam circiter partem

vaginarum acuum plane evolutarum aequantia, sed breviora apparent acumine extus curvato; serius vero tota fere squama extus flectitur et relicta basi convexa truncata persistente decidit, ita ut inde ab altero anno et in seriore rami aetate squamae basis, labii ad instar extus flexa, acuum par vel hoc dejecto cicatricem ejus fere orbicularem prominentem includens prominéat, scabriorem reddit ramulum inde a quarto quintove anno acubus denudatum. Quae squama foliaris religno suo margine sensim magis soluta, tandem obsoletior facta disparet. Ramuli masculi laterales dense ramum ambientes 4 — 5 cent. longi cylindrici, basi foliis nonnullis squamiformibus cincti, squamis antheriferis horizontalibus subtus loculamenta gerentibus, appendice terminali lata semirotunda subcrenulata marginem versus sensim dilutiore subpellucida ceterum fusca, sub angulo recto sursum versa.

Conus hujus Laricionis magnitudine variat ut in aliis speciebus, alios vidi apertos $4\frac{1}{2}$ cent. altos totidemque latos, alios $8 - 9\frac{1}{2}$ cent. longos et 6 cent. vix latiores, clausos vero $3\frac{1}{2} - 4$ cent. latos ex latiore ovoïdea basi plus minus elongato-pyramidatos, leviter apice incurvos, quae curvatio ab inaequali evolutione lateris externi et interni pendet. Coni hornotini solitarii gemini terni in apice rami hornotini circa gemmam terminalem areis transverse rhombeis medio aculeolo recto instructis extus cataphracti. Juniores squamae pallidiores, seniores magis fuscescentes s. brunnescentes, ungue subtus usque ad apophysin nigra, supra v. intra ejusdem fere coloris ac apophysis et lineis nigricantibus ambitum alarum indicantibus. Apophysis margo superior ad umbonem usque convexus obtuse incrassatus, in squamis inferioribus convexior et obtuse prominens, qualis in omnibus squamis esse potest si carina transversa, quae ex angulo dextro ad sinistrum semper satis acuta, convexius procedit, sin vero rectius polygonomammiformis nominari potest apophysis; cujus forma eodem modo variabilis est ac in *P. sylvestri*. Apophyseos pars dimidia inferior late triangularis praeter lobum medium protractum habet et lateralem unum alterumve, minorem, pleramque versus angulum lateralem; saepius dignoscitur carina verticalis debilior, vel carina una alterave praeter illas radialis, quarum una saepius in partis inferae latere dextro vel sinistro. Occurrunt quoque, inprimis in seniore cono, striae multae radiales, nunc leviores nunc magis impressae, vel in strobilis longius dejectis fissurae breves radiales. Tota apophysis depressa est, vel pars superior ejus convexior, vel tantopere convexa curvata, ut umbo deorsum prematur vel

sub parte mammiformi quasi dependeat, quae ultima forma in primis in inferioribus squamis cernitur, nec non in extero coni latere. Umbo nitidus, coloris fere gummi guttae siccae, magis minus pulvinatim prominens, figuram praebet transverse rhomboideam margine elatiore, superiore et crassiore, centro impresso, aculeolo recto paululum compresso brevi vel plane obsoleto tuberculiformi ex angulo supero umbonis cum latiore sua basi originem ducens et centrum intrans. Quae omnia, ut semper esse solet, in eodem strobilo variabilia esse possunt ita ut superiores squamae aliter sint, quam mediae et inferiores et infimae, ut differant squamae lateris exteri et interni, quae latera, strobilo minus deflexo, haud eo gradu inter se diversa esse solent ac in *P. sylvestri*. Fructus alae apex plerumque colore fuscescente cinctus, saepiusque striae fuscae vario modo marginem petentes in ala observantur.

Conum plane apertum basin habere planiorem in Laricione, magis ovatam in sylvestri contendunt, sed nullo jure; utriusque speciei coni planiore basi gaudere possunt, status hic planior dependet a stadio maturitatis et perfectionis et ab gradu exsiccationis et insolationis. In collectionibus botanicis coni immaturi saepe servantur, qui difficilius aperiuntur.

Ex Endlicheri Synopsi nomina plurima haurire potes specierum a botanicis propositarum, quibuscum jungenda erit *P. pyrenaica* Lap. et *P. monspeliensis* Salzm., quam *P. Salzmanni* Dunalius adpellavit, nec credo *P. nigricantem* et *Laricionem* in Bertolonii Flora Italica diversas esse. Vidimus strobilos plurium arborum in horto bot. Halensi e semine enatarum et per annorum seriem cultarum, vidimus *P. nigricantis* conos ex horto ad Mariabrunn pr. Vindobonam, ex flora Vindobonensi cum ramo, ex horto bot. Vindobonensi cum ramulo; *P. Pallasianae* conos cum ramo ex arbore h. Schoenbrunnensis e semine taurico enata.

De reliquis Europae Pinastris loqui non audemus.

Diffidendum igitur, si ea, quae de Germaniae Pinastris protulimus, perpendis, pluribus nisi plurimis speciebus mexicanis, supra ex Roezlii catalogo transscriptis; de quibus haud visis, quum judicium facere nequeam, quantum in me est species, quas possideo, mexicanas, descriptionibus jam praesentibus nova nonnulla additurus, confirmare et corroborare seriusque hisce in fasciculis observationes nostras communicare studeo.

Tab. II. fig. 1 et 2. P. sylv. bohemicae; fig. 3. helveticae; fig. 4. rigaënsis cultae; fig. 5. 6. 7. Halensium magnitudine variarum conos sculptura varios offert.

Untersuchungen über die Epidermis und die Spaltöffnungen der Equisetaceen.

Von

Dr. *Carl Sanio.*

(Hierzu Taf. III.)

Die Lehre vom Bau der Epidermis ist durch die Bemühungen zahlreicher Forscher so weit gediehen, dass es kaum noch möglich schien, zu dem darüber Bekannten etwas Neues hinzuzufügen. Indessen sind die Equisetaceen, die im Bau ihrer Epidermis und Spaltöffnungen sehr viel Interessantes, von den gewöhnlichen Verhältnissen Abweichendes zeigen, der Aufmerksamkeit der Anatomen fast ganz entgangen; nur wenige Forscher erwähnen sehr oberflächlich des besondern Baues ihrer Spaltöffnungen; es wird deshalb der Mühe werth sein, darauf genauer einzugehen. So viel mir bekannt geworden, haben nur zwei Forscher, nämlich Krocker fil. *) und Unger **), von dem eigenthümlichen Bau der Spaltöffnungen bei den Schachtelhalmen Notiz genommen. Da die unten angeführten Schriften in demselben Jahre erschienen sind, so

---

*) De plantarum epidermide observationes. Dissertat. inauguralis phytotomica. Vratislaviae 1833. p. 11.

**) Die Exantheme. 1833. p. 48.

lässt sich die Priorität dieser Notiz schwerlich bestimmen. Krocker drückt sich darüber folgendermassen aus: „monenda etiam sunt stomatia Equiseti arvensis, quorum cellularum paries superior rugas praebet, radiorum instar versus rimam concurrentium.“ In Fig. 5 der citirten Abhandlung ist ein derartiges Spaltöffnungszellenpaar in horizontaler Ansicht ziemlich gut abgebildet, dagegen ist Fig. 6, welche einen Querschnitt durch dasselbe zeigen soll, durchaus misslungen.

Ungleich genauer drückt sich Unger darüber aus: „Bei den Equisetaceen liegen sie (die Spaltöffnungen) reihenweis in den Furchen des Stengels, und haben nebstbei noch einen ausgezeichneten Bau. Beim *Equisetum limosum* sind die Poruszellen mit Streifen versehen, die sich strahlenförmig und oft verzweigt von der innern nach der äussern Grenze verbreiten. Die Streifen zeigen sich, nach der Seite betrachtet, als Erhabenheiten der Zellhaut; übrigens finden sich noch Bläschen in den Poruszellen.“

Diese beiden Angaben haben, wie es scheint, zu keinen weiteren Untersuchungen darüber Veranlassung gegeben, ebensowenig wie sie von den späteren Schriftstellern, welche die Lehre von den Spaltöffnungen behandelten, benutzt worden sind.

Ueber die Kieselhülle der Epidermis und die Spaltöffnungen erhielten wir Untersuchungen von Struve *). Er zeigte, dass die Kieselhülle der Equiseten aus reiner Kieselsäure und nicht etwa aus einem Silicat besteht, und dass die fremden Beimengungen, wie Kalkerde, Thonerde, durch Säuren wegzuschaffen sind, ohne dass die Kieselmembran deswegen ihre

---

*) De silicia in plantis nonnullis. Dissert. inaugur. chemica. Berol. 1835. p. 14—22.

Structur verlöre. Die Darstellungen des Kieselpanzers von *Equisetum hiemale, limosum* und *arvense* zeigen denselben mit zahlreichen Punkten besetzt, welche derartig in Reihen geordnet sind, dass diese den Ansatzstellen der Zellwände entsprechen. Bei *Equisetum hiemale* finden sich auf den erhabenen Längsleisten zwei Reihen von Zähnen, welche dem *E. arvense* und *E. limosum* fehlen, und die das *E. hiemale* zum Poliren von Körpern anwendbar machen. Die Vorstellungen über die Spaltöffnungen sind indess sehr irrthümlich, er nennt sie „verrucae", welche beim *E. hiemale* in zwei Längsreihen in den Längsrinnen geordnet sind, bei *E. limosum* dagegen in allen Theilen des Stengels, dichter in den tiefern als in den höhern, vorhanden sind. Auch unterscheiden sich dieselben bei *E. limosum* ein wenig von denen des *E. hiemale.*

Meyen *) hat gleichfalls, Bezug nehmend auf die Untersuchungen von Struve, Beobachtungen über die Kieselhülle gemacht. Nach ihm ist die Kieselerde in der äussersten Schicht, der sogenannten Cuticula, abgelagert, und überzieht und durchdringt die ganze Oberfläche des Pflanzentheils mit allen den Papillen, Höckern, Spitzen, Verticfungen u. s. w., welche die Epidermiszellen so häufig zeigen. Meyen erschien die Kieselablagerung in der Cuticula als eine ganz gleichmässige Masse, wie wenn sie geschmolzen wäre; nur im Alter der Pflanze zeigten sich z. B. in den Kiesellamellen von *Equisetum hiemale* mehr oder weniger zahlreiche Verdickungen, welche durch geschlossene, schattige Ringe angedeutet wurden; manchmal zeigte sich aber auch ein zweiter und ein dritter Ring im Innern, und ganz in der Mitte ein dunkler Punkt; doch bemerkte Meyen nicht, was in den

*) Physiologie. Bd. II. p. 537 u. 538.

Zeichnungen von Struve ausgedrückt ist, dass diese Verdickungen nur nach dem Verlauf der Zellenwände erschienen, sondern sie zogen sich über die ganze Fläche der Zellenmembran hin. Meyen bemerkt ferner, dass auch in der Membran der Spaltöffnungszellen diese Kieselablagerungen vorkämen, so dass man diese nach der Verbrennung in ihrer vollständigen Form von der Pflanze trennen kann. Auf Taf. V. Fig. 15, 16, 17 sind die verkieselten Spaltöffnungszellen von *Equisetum hiemale* dargestellt, welche indess nicht als besonders gelungen zu bezeichnen sind.

Meine Beobachtungen habe ich an 6 Arten, nämlich *Equisetum limosum*, *palustre*, *arvense*, *pratense*, *silvaticum* und *hiemale* angestellt. Um einen genauen Einblick in den Bau der Spaltöffnungszellen, wie der Epidermis zu gewinnen, ist es nothwendig, sowohl Querschnitte, als horizontale Längsschnitte zu untersuchen; ferner muss man sowohl die unversehrte Epidermis im frischen Zustande, wie den Kieselpanzer für sich und die von der Kieselhülle befreiten Epidermiszellen für sich der Beobachtung unterwerfen, wenn man zu sicheren Resultaten gelangen will. Die Kieselmembran kann man frei für sich darstellen, wenn man die organischen Stoffe durch Glühen bei Luftzutritt zerstört; die nebenbei vorhandenen kohlensauren Erden entfernt man durch Salpetersäure besser, als durch Schwefelsäure, da durch den unter diesen Umständen präcipitirenden schwefelsauren Kalk das Präparat getrübt wird. Zur Controlle der dadurch gewonnenen Resultate stellte ich die Kieselmembran auch durch Corrosion mit Schwefelsäure dar, doch ist letztere Methode weniger empfehlenswerth. *Die Kieselhülle besteht aus der amorphen Modification der Kieselsäure, welche in Kalilauge löslich ist;* diese Eigenschaft macht es möglich, die Epidermis auch frei von der Kieselhülle zu studiren; man

kocht sie nämlich zuerst mit Kalilauge und darauf in chlorsaurem Kali und Salpetersäure kurze Zeit; die Zellen lassen sich dann leicht trennen und ihre gegenseitige Verbindungsweise, wie mit den Spaltöffnungszellen untersuchen.

Allen Equisetaceen ist es gemeinschaftlich, dass ihre Spaltöffnungen nicht aus einem einzigen Paare, wie dies sonst gewöhnlich ist, *sondern aus zwei Zellenpaaren bestehen*, eine Eigenthümlichkeit, die bisher bei keiner andern Pflanzenfamilie entdeckt ist *). *Diese beiden Paare sind so angeordnet, dass man ein äusseres, oberes und ein unteres inneres Paar unterscheiden kann*, wie dies weiter Unten genauer beschrieben werden soll. Die Fig. 1, 12, 17, 19, 22, 27 zeigen die beiden Paare bei verschiedenen Arten. Die zweite Eigenthümlichkeit der Schachtelhalme im Bau ihrer Spaltöffnungszellen bietet der Bau des obern Paares dar; *es verlaufen nämlich auf der innern, untern Wandung derselben* (nicht, wie Krocker behauptet, der obern) *von der Spalte nach der Peripherie der Wand dicht anhängende, im Profil sich als deren Verdickung darstellende Streifen, welche, da die Wandung, der sie anhängen, einen bogigen Verlauf hat, bogig gekrümmt sind* (cf. die Fig. 2, 3, 4, 13, 29 u. 30). Im Uebrigen zeigen die einzelnen Arten viele und wesentliche Verschiedenheiten, welche übrigens so

---

*) Bei den Proteaceen, über deren Spaltöffnungen wir Mohl so genaue Untersuchungen verdanken, nimmt man freilich mehrere Paare an, indess liegen diese in einer Ebene und gerade die Spalten werden nur von einem einzigen Paare gebildet, während die übrigen als Stützzellen dieses Paares betrachtet werden müssen, wenngleich sie auch schon zu einem Ganzen zusammengehören und aus derselben Mutterzelle entstanden sein mögen.

constant sind, dass man auch anatomisch die Arten leicht unterscheiden kann.

Nach der Lage der Spaltöffnungen zerfallen die Equiseten in zwei Gruppen; bei den Arten der ersten Gruppe liegt das obere Zellenpaar der Spaltöffnungen in gleicher Höhe mit den Epidermiszellen, sich noch sogar etwas über die Epidermis hervorwölbend; hierher gehören *Equisetum limosum*, *palustre*, *arvense*, *pratense*, *silvaticum* (cf. die Fig. 1, 12, 17, 19, 22); die zweite Gruppe, für die ich nur eine Art, nämlich das *E. hiemale*, kenne, zu der aber vielleicht auch *E. ramosum* und *variegatum* gehören, die mir leider nicht zu Gebote stehen, ist dadurch ausgezeichnet, dass die Spaltöffnungszellen unterhalb der Epidermis liegen, und dass diese durch Auseinanderweichen ihrer Zellen an den Stellen, an denen sich die Spaltöffnungen befinden, einen Kanal bildet, der auf die Spaltöffnung zuführt, und den ich äussere Athemhöhle nennen werde (Fig. 27).

Nachdem ich im Allgemeinen die Eigenthümlichkeiten der Equiseten im Bau ihrer Spaltöffnungen kurz geschildert, will ich genauer auf die Anatomie derselben, wie der Epidermis bei den einzelnen Arten eingehen.

Equisetum limosum ist unter den Arten der ersten Gruppe mit oberflächlichen Spaltöffnungen wegen der Grösse der betreffenden Theile und wegen der Menge der Spaltöffnungen zur ersten Untersuchung besonders zu empfehlen.

Der Umriss des Stengels dieser Art ist im Querschnitt schwach wellenförmig, indem die sonst erhabenen, vor den Gefässbündeln gelegenen Längsleisten nur wenig hervorspringen. In den schwach nach Aussen gewölbten Längsleisten liegt, wie bei den andern Arten, unter der Epidermis ein Bündel langgestreckter, bastähnlicher Zellen. In den mit

diesen Längsleisten abwechselnden, schwach vertieften Längsrinnen liegen die in zahlreiche Reihen angeordneten Spaltöffnungen. Doch gilt dies nur von den über dem Wasser befindlichen Internodien; an den untergetauchten fehlen Spaltöffnungen, die überhaupt allen untergetauchten Pflanzentheilen fehlen; je weiter zur Spitze des Stengels hin man die Internodien untersucht, desto reichlicher treten die Spaltöffnungen auf. Das grüne Parenchym der Rinde ist in den Längsrinnen da, wo keine Spaltöffnungen sich gerade befinden, von der Epidermis durch eine einfache Reihe etwas verdickter, kein Chlorophyll führender Zellen getrennt. Unrichtig ist die Angabe von Struve (l. c. p. 19), dass sich die Spaltöffnungen, seine „verrucae", auch auf den erhabenen Längsstreifen vorfinden.

Betrachtet man die frische oder die durch Kochen in Kalilauge ihres Kieselpanzers beraubte Epidermis von oben, so stellen sich die Epidermiszellen als langgestreckt, cylindrisch oder richtiger prismatisch, schwach verdickt und innen mit glatten Contouren versehen dar. Indessen wenn man radiale Längsschnitte durch dieselben darstellt, so erkennt man, dass ihre äusseren Wandungen unregelmässig wellenförmig gebogen sind (Fig. 3). Isolirt man die vom Kieselpanzer entblössten Zellen durch Kochen in chlorsaurem Kali und Salpetersäure, so erfährt man, dass ihre äusseren, also der primären Membran angehörigen Contouren nicht eben sind, sondern dass die neben einander liegenden Zellen mit Zacken und Buchten von verschiedener Form in einander greifen (Fig. 7 u. 8). Manchmal erscheinen die äusseren Umrisse dieser Zellen wie eine Wellenlinie; die Zacken sind dann sehr regelmässig gebildet, nach Aussen abgerundet; manchmal laufen die Zacken auch spitz aus, und sind dann entweder rechtwinklig gegen die Zellenaxe oder mehr oder weniger gegen dieselbe geneigt; manchmal schliesslich gabeln sich die Zacken

an ihrer Spitze in zwei kleinere Zacken. Diese Zacken sind indess nicht auf die ganzen verticalen Wandungen der Epidermiszellen aufgesetzt, in der Weise, dass diese in ihrer ganzen Breite eine wellige Oberfläche darböten, sie befinden sich vielmehr nur auf der obern, nach Anssen stehenden Längskante der Epidermiszellen, während der nach Innen stehende Theil der verticalen Wandungen davon frei und mehr oder weniger eben ist.

Ein grosser Theil der äussern Fläche der oberen Spaltöffnungszellen wird von den äussern Kanten der Epidermiszellen, in welche die Spaltöffnungszellen hineingelassen sind, bedeckt, indem an diesen Stellen von der äussern Kante der Epidermiszellen eine mit Zacken versehene Platte sich über die peripherischen Theile der äussern Fläche der oberen Spaltöffnungszellen hinüberdeckt. Die Buchten, welche diese Platte zackig machen, sind fein, porenähnlich, ziemlich lang und meist an ihrem Ende ein wenig kolbenförmig angeschwollen (Fig. 7 u. 8). Die Platten entstehen offenbar durch keilförmige Zuschärfung der äusseren und der den Spaltöffnungen zugewandten verticalen Wandungen der Epidermiszellen, in der Weise, dass diese beiden Wandungen, sonst (ziemlich rechtwinklig gegen einander geneigt, hier in einem sehr spitzen Winkel sich mit einander vereinigen. Die feinen Buchten, welche diese Platten bemerken lassen, haben jedenfalls dieselbe Bedeutung, wie die weiten Buchten, welche die Epidermiszellen da, wo sie an einander stossen, zeigen. Um die eben beschriebenen Verhältnisse beobachten zu können, ist es nothwendig, den sie verdeckenden Kieselpanzer durch Kochen in Kalilauge zu entfernen, und durch Behandlung des so gewonnenen Präparats mit chlorsaurem Kali und Salpetersäure die einzelnen Zellen in ihrer Verbindung zu lockern.

Der Inhalt der Epidermiszellen an den Internodien, die Stomata besitzen, ist farblos und frei von körnigen Bildungen. Nach Behandlung mit Chlorzinkjod färbt er sich gelb und gerinnt zu schleimigen, unregelmässigen Kugeln, welche gewöhnlich durch lange Brücken derselben Substanz mit einander in Verbindung bleiben; eine bei langgestreckten Epidermiszellen gewöhnliche Erscheinung, welche von Pringsheim als Beweismittel gegen die von Mohl vertheidigte Membrannatur des Primordialschlauches angewandt wurde. Mit concentrirter Schwefelsäure färbte sich der Inhalt zuweilen schmutzig rosenroth, was vielleicht auf das Vorhandensein von Zucker bei Gegenwart eiweissartiger Stoffe hinweist — übrigens eine trügliche, häufig fehlschlagende Reaktion. *In den untergetauchten*, von Spaltöffnungen freien Internodien findet sich in den Epidermiszellen auch reichlich *körniges Chlorophyll;* je weiter nach Oben, desto spärlicher wird dieses, mit dessen Verschwinden die Spaltöffnungen sich einstellen.

Wie schon oben erwähnt, bestehen die Spaltöffnungen nicht aus einem, sondern aus zwei Paaren von Zellen. Um über die Lage derselben sich zu orientiren, ist es nothwendig, gerade durch die Mitte der Spaltöffnungen geführte Querschnitte zu untersuchen (Fig. 1). Das obere Paar der Spaltöffnungszellen, von ausgezeichnetem Bau, liegt mit den Epidermiszellen in gleicher Höhe, wölbt sich aber sowohl mit seinem obern Rücken über dieselben, als auch der untere Theil der Wandung tiefer als die Epidermiszellen liegt, so dass die der Spalte abgewandte Wandung der obern Spaltöffnungszellen an zwei Zellenlagen, an die Epidermiszellen und an die unter denselben befindlichen, etwas verdickten, chlorophyllosen Zellen, anstösst (Fig. 1). Die oberen Wände der oberen Spaltöffnungszellen sind vom Rande her von den

Epidermiszellen so weit bedeckt, als das untere, kleinere Spaltöffnungszellenpaar die untere Wand der obern Spaltöffnungszellen unbedeckt lässt. (In Fig. 5 ist die mit *x* bezeichnete Parthie also die von den Platten der Epidermiszellen bedeckte, von dem untern Zellenpaare *y* dagegen frei gelassen.) Die Form der einzelnen Spaltöffnungszellen des obern Paares ist ungefähr die eines halbirten Uhrglases, in der Weise, dass sowohl die obere, wie die untere Wandung nach Oben gewölbt ist. In die durch die Wölbung der untern Wandung nach Oben entstandene Nische sind nun die beiden untern Spaltöffnungszellen gleichsam hineingelassen, so dass sie auf diese Weise von den obern gleichsam wie von einem Dache bedeckt sind, deshalb auch bei der Ansicht von Oben oder Unten schwer sichtbar zu machen sind. Aus demselben Grunde liegen auch die unteren Wandungen der beiden Spaltöffnungszellenpaare, obwohl diese eigentlich unter einander liegen, ziemlich in derselben Höhe, da die obern Spaltöffnungszellen mit ihrem untern Theile um die der Spalte abgewandte Seite der untern Spaltöffnungszellen herumgreifen. Die von den obern Zellen eingeschlossene, die Communication zwischen dem innern Gewebe mit der Atmosphäre vermittelnde Spalte ist hier, wie bei den andern Arten, lang und schmal, die von dem untern Zellenpaare gebildete dagegen kürzer, aber viel breiter. Die der Spalte zugekehrte Wandung der obern Spaltöffnungszellen ist bei dieser Art, so weit sie sich an der Bildung der Spalte betheiligt, verhältnissmässig ziemlich stark verdickt, welche Verdickung, von Oben gesehen, sich in Form eines schmalen Kreissegmentes darstellt (Fig. 1, 2, 4). Indess bleibt der oberste und unterste Theil dieser die Spalte umgebenden Wandung unverdickt, was dem Lumen dieser Zellen die Form einer mit zwei Ausläufern versehenen Höhlung giebt (Fig. 1). Die nach dem

Innern sehende, also untere Wandung des obern Spaltöffnungszellenpaares zeigt hier, wie bei den übrigen Arten, einen sehr bemerkenswerthen Bau. Von der Spalte aus verlaufen nämlich, radienartig ausstrahlend, längs der untern Wandung und dieser fest anhängend, bandartige Streifen nach der Peripherie der Zelle, von denen die neben den Endigungen der Spalte entspringenden nach den Ecken, die aus der Mitte entspringenden nach der Mitte radienartig verlaufen. Es kommt nicht selten vor, dass sich diese radialen Streifen gegen das Ende ihres Verlaufes hin noch in zwei bis drei Aeste theilen. Im Profil gesehen, erscheinen diese Streifen als partielle Verdickungen der Zellenmembran, wie dies auch von Unger richtig angegeben ist. (Man vergl. Fig. 13, wo die Spaltöffnungszellen von *E. palustre* abgebildet sind.) Unrichtig ist dagegen die Angabe von Krocker, dass sich diese Streifen auf der obern Wandung der Spaltöffnungszellen befinden. Beiden entging das untere Spaltöffnungszellenpaar.

Nicht unerwähnt will ich hier eine Erscheinung lassen, welche ich nur ein einziges Mal, aber an vielen noch jetzt vorhandenen Präparaten beobachtet habe, welche ich indess später bei aller angewandten Mühe nicht wieder hervorrufen konnte. Es zeigten nämlich bei mehreren mit Aetzkali gekochten und deshalb von ihrer Kieselhülle befreiten Präparaten des *E. limosum* die obern Wandungen des obern Spaltöffnungszellenpaares eine äusserst feine, longitudinale, parallel der Spalte in sanften Curven verlaufende Streifung; ob diese nur Resultat der Einwirkung der Kalilauge auf die Cellulose der Zellenwandung ist, oder ob sie der Membran wirklich eigenthümlich ist, konnte ich nicht mit Sicherheit entscheiden, da ich diese Streifung nur ein einziges Mal beobachtete; die Regelmässigkeit der Streifung macht es aber mir mehr als wahrscheinlich, dass dieselbe der Zellenmembran wirklich

eigenthümlich ist. Diese Meinung erhält noch dadurch mehr Stütze, dass ich auch bei *E. hiemale*, aber nur an einem Zellenpaare, dieselbe regelmässige Streifung beobachtet habe.

Dass übrigens die obere, mit der Kieselmembran überzogene Wandung des obern Spaltöffnungszellenpaares nicht etwa blos aus Kieselsäure besteht, sondern dass ihr innerer Theil Cellulose ist, kann man, wenn man überhaupt daran zweifeln wollte, an solchen durch Kalilauge ihres Kieselpanzers entblössten Flächenschnitten deutlich beobachten, bei denen durch das Messer die unteren, die radialen Streifen zeigenden Wandungen des obern Spaltöffnungszellenpaares entfernt sind. Bei Zusatz von Chlorzinkjod färbt sich dann nämlich diese von der Kieselumhüllung befreite Wand alsbald violetblau.

Das untere Spaltöffnungszellenpaar zeigt dagegen einen sehr einfachen Bau; es sind dünnwandige, mondförmig gekrümmte Zellen (Fig. 6, in Fig. 17 ist dasselbe von *E. palustre* abgebildet), welche sowohl kürzer wie schmaler als die obern Spaltöffnungszellen sind, und deshalb auch nicht deren ganze untere Wandung bedecken, sondern, wie schon Oben angegeben wurde, sie so weit frei lassen, als das obere Spaltöffnungszellenpaar von der Epidermis oberhalb bedeckt wird (Fig. 5). Um diese Zellen deutlich sichtbar zu machen, muss man entweder Querschnitte anfertigen (Fig. 1), oder das obere Spaltöffnungszellenpaar durch Maceration zu entfernen suchen. Man erreicht dies, wenn man mit Aetzkali die Kieselmembran zuerst wegschafft und dann das Präparat in chlorsaurem Kali und Salpetersäure kocht. Beim Zerren mit der Nadel gelingt es nicht selten, die obern Spaltöffnungszellen von den untern zu lösen; letztere zeigen dann, von Oben gesehen, die Fig. 6 abgebildete Form; es sind dünnwandige, gleichmässig verdickte Zellen mit glashellen, structur-

losen Wandungen. Der Inhalt der äussern beiden Spaltöffnungszellen ist farblos, etwas flockig, und färbt sich mit Jod gelb; der Inhalt des innern Paares ist dagegen feinkörnig; die Körnchen färben sich mit Jod blau, sind also Stärke. Im Herbst findet sich hier aber auch Chlorophyll ein.

Bei Behandlung eines Epidermisschnittes mit Chlorzinkjod färben sich weder die Epidermis-, noch die Spaltöffnungszellen, selbst nach 24stündiger Einwirkung, violet. Nach dem Kochen mit Kalilauge dagegen färben sich diese beiden Zellenarten intensiv violetblau. Eine gleiche Farbe zeigen dann auch die radialen Streifen, als Beweis, dass auch sie aus Cellulose bestehen und deshalb als partielle Verdickungen angesehen werden müssen. Wendet man dagegen statt Chlorzinkjod die stärker wirkende Zusammenstellung von Jod und verdünnter Schwefelsäure an, so färben sich auch die nicht mit Kali gekochten Präparate alsbald schön blau.

Unter dem zweiten Spaltöffnungszellenpaare liegt, wie auch bei andern Pflanzen, eine kleine, innere, von grüngefärbtem Parenchym umgebene Athemhöhle.

Der sämmtlichen Equiseten eigenthümliche Kieselpanzer umgiebt nur die obern Wandungen der Epidermis- und Spaltöffnungszellen als feines, die, dieser Familie fehlende, Cuticula ersetzendes Häutchen, und zeigt auch, wie diese, eine besondere Structur, welche sogleich beschrieben werden soll. Bei der Einwirkung der Schwefelsäure auf die unversehrte Epidermis entsteht sogleich eine kleine Gasentwickelung, was auf die Gegenwart von kohlensaurem Kalk hinweist, da letztere Basis schon von Struve gefunden ist. Wo sich freilich die kohlensaure Kalkerde befindet, ob innerhalb der Epidermiszellenwandungen oder im Panzer mit der Kieselsäure zusammen, ist freilich auf diese Weise nicht zu ermitteln.

Der Bau der Kieselmembran, wie man sie durch Glühen der Epidermis bei Luftzutritt oder doch Kochen in Schwefelsäure erhält, bleibt sich nicht bei allen Individuen gleich, ohne dass sich angeben liesse, dass der verschiedene Bau vom Standorte oder dem verschiedenen Alter der Individuen abhängig wäre.

2. **D. pilosus** Benth. (Hook. Ic. tab. 307). — In collibus arenosis inter Melbourne et Sandridge, Jan. 1853. (Dr. F. Müller.)

3. **D. glaucifolius** F. Müll. (Schldl. Linn. 1852. Vol. 51 vel 9. p. 395.) — Prope montes Eldersrange, Oct. 1851. (Dr. F. Müller.)

B. *Caule scapiformi, foliis omnibus radicalibus.*

4. **D. humilis** J. D. Hook. (Hook. Ic. Pl. tab. 304.) — Ad Limestone river, 5000'. (Dr. F. Müller.) Van Diemensland. (Gunn.)

IV. Trachymene Rudge.

Sect. I. *Platymene.*

1. **Trachymene ramosissima** Benth. (Endl. Plant. Hügel. p. 54. no. 182.) *T. heterophylla* F. Müll. (First Report p. 13.) — Gipps'land, Dalachi. (Dr. F. Müller.)

2. **Tr. pendula** Benth. (Endl. Plant. Hügel. p. 54. ad not.; *T. ericoides* Schldl.) — Pr. Adelaide. (Dr. Behr sub no. 119.)

Sect. II. *Dendromene.*

3. **Trachymene linearis** Spreng. — Nov. Holl. austr. ad Carex creek and Marble range, April 1852 (Dr. F. Müller); in monte Barker, Febr. 1848. (Stuart.)

4. **Tr. myrtifolia** Sieb. — Buffalo range (Dr. F. Müller); Morro Morro (Wilhelmi).

5. **Tr. crassifolia** Benth. (Endl. Plant. Hügel. l. c.) — Gipps'land (Dr. F. Müller).

Var. *β. cuneifolia* F. Müller. Proxima *T. lanceolata* Rudge, sed folia latiora. — Broadribb river (Dr. F. Müller).

6. **Tr. ovalis** DC. (*T. ovata* F. Müll., Second Report p. 11.) — About Station Peak (Dr. F. Müller).

V. **Astrotricha** DC. Prodr. IV. p. 74. et Enum. Plant. Hügel p. 54.

1. **Astrotricha asperifolia** F. Müll., pube conferta brevi, foliis latis lanceolato-linearibus angustatis margine revolutis supra tuberculoso-scabris brevi petiolatis; panicula oblonga elongata laxa. Habitu *A. longifoliae* et *A. hoveoidis*, sed folia tuberculoso-scabra, 4 poll. longa, 3 lin. lata.

Ad Buffulo ranges, Febr. 1853. (Dr. F. Müller).

Ramuli tomento fusco tecti, caules demum glabri. Caulis erectus strictus ramosus foliatus, folia cum ramis erecto-patentia densissima vel sparsa. Petioli 1 — 1 1/2 lin. longi. Pedunculi 1 1/2 poll. longi teretiusculi bracteati, bracteae 1/4 ad 1/2 poll. longae lanceolato-lineares. Umbellulae 4—7-florae, involucella oligophylla. Petala ovato-acuta revoluta margine inflexa. Calycis dentes triangulares parvi. Fructus late ovatus. Styli subulati recurvati.

2. **A. linearis** A. Cunningh. — Ranges of Gipps'land (Dr. F. Müller).

VI. Xanthosia Rudge (DC. Prodr. IV. p. 74).

Sect. I. *Chlorosia.*

1. Xanthosia pusilla Bunge. (*X. pannosa* Benth., Dr. F. Müller First Report p. 13.) — In montibus sterilibus, Lofty ranges, Oct. 1850. (Dr. F. Müller.)

Sect. II. *Euxanthosia.*

2. X. montana Sieber. (Linn. Trans. vol. X. tab. 22.) — Tasmania. (Stuart.)

3. X. tridentata DC. — Gipps'land, Mai 1853. (Dr. F. Müller.)

4. X. leiophylla F. Müller, caulibus erectis subpilosis dense ramosis; foliis longe petiolatis tripinnatisectis, segmentis apice dilatatis 3—4-dentatis glabris; petiolis inferne vaginantibus longe ciliatis et hirsutis, superne glabris et sulcatis; umbellis oppositifoliis longe pedunculatis quadripartitis ebracteatis nutantibus; calycis laciniis ovatis obtusatis; mericarpiis quadrijugis.

Nov. Holl. austr. ad Port Lincoln et Kangaroo-island. (Dr. Fr. Müller.)

Radix fusiformis, perennis. Caulis $^1/_4$—$^1/_2$-pedalis dense ramosus. Folia petiolata (2 poll.) tripinnatisecta, segmentis tri- ad quadridentatis basi vaginantibus longe ciliatis pedunculum amplectantibus. Pedunculi (fere 2 poll.) oppositifolii, ebracteati. Umbellae quadripartitae. Involucra quadripartita, foliolis ovatis longe acuminatis. Umbellulae pedunculatae quinqueflorae, flores pedicellati. Involucella triphylla, foliolis carinatis et ciliatis, foliolo medio ovato-lanceolato concavo, lateralibus subdimidiato-ovatis. Fructus cordato-ovatus compressus. Mericarpia jugis 4 elevatis, aequidistantibus, laevibus. Calycis lobi 5 ovati obtusati glabri petalis longiores. Petala induplicata. Stylopodia majuscula gibbosa. Styli curvati subulati.

5. **Xanthosia dissecta** J. D. Hook. Ic. 302. — Nov. Holl. austr. ad Marton rush. (D. F. Müller.)

6. **X. pinnatisecta** F. Müller; herbacea, hirta, caulibus plurimis adscendentibus; foliis longe petiolatis vaginantibus et hirsutis; foliis radicalibus tripartitis, caulinis quinquepartitis vel impari-pinnatisectis, segmentis trisectis, foliolo medio tridentato, lateralibus 2-dentatis; umbellis axillaribus pedunculatis nutantibus quadrifidis, involucro diphyllo, umbellulis 2-floris, involucellis 3-phyllis, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis ciliatis; fructu late cordato-ovato, mericarpiis pilosis 3-jugis. — Tasmania. (Stuart.)

Planta annua. Caules tenues arcuati simplicissimi. Folia caulina petiolata, petiolus vagina sua pedunculum amplectens, supra sulcatus. Calycis laciniae erectae ovatae obtusatae ciliatae. Petala lanceolata longe acuminata inflexa rubentia. Stylopodia majuscula glabra. Styli subulati curvati.

VII. Dichopetalum Müller.

1. **Dichopetalum ranunculaceum** F. Müll. (Hook. Flor. Tasm., p. 157. tab. 35.) — Mount Coskiusko, 6000′. (Dr. F. Müller.)

* Mulineae De Cand.

VIII. Displaspis Hook. fil.

1. **Displaspis Hydrocotyle** J. Hook. (Flora of Tasman. p. 156. tab. 34.) — Australian Alps, 6000′. (Dr. F. Müller.)

* Saniculeae Koch.

IX. Microsciadium Hook. fil. (Flora of Tasm. p. 158.)

1. **Microsciadium cuneifolium** F. Müll. (Kew Journal of Bot. Vol. VII.) foliis radicalibus longe petiolatis 3—9 nervatis apice acute 3—9-dentatis incisisve; scapis teretiusculis dichotomis, umbellis 2—3-floris, floribus bracteatis, bracteis oblongo-lanceolatis.

Pozoa cuneifolia F. Müller, Definitions of rare Plants p. 26. *Centella cuneifolia* F. Müll. Second General Report p. 11. — At Mount Wellington, the Cabboras Mountains and other localities of the Australian Alps always in turf-moss. (5000 feet.) Dr. F. Müller.

Radix perennis. Folia cum petiolo 3 — 4 poll. longa, 4‴ lata. Flores pedicellati, pedicellis 1 — 1 1/4‴ longis, bracteis 1‴ longis. Calycis tubus obconicus, dentes parvi acuminati. Petala ovata obtusa, alba. Stamina brevia. Stylopodia magna ovata. Styli breves recurvi. Fructus ovatus basi retusus, mericarpiis dorso subcompressis 5-jugis, jugis elevatis.

X. Hemiphues Hook. fil.

1. Hemiphues bellidioides Hook. fil. (Flora of Tasman. tab. 26. p. 157.) — South Port. (Oldfield.)

XI. Actinotus Labill.

1. Actinotus Helianthi (Labill. Nov. Holl. I. p. 67. t. 92. Bot. Reg. VIII. tab. 654). — Botany Bay, Jan. 1857. (Dr. F. Müller).

2. A. minor R. Br. (DC. Prodr. IV. p. 83.) — Botany Bay, Jan. 1857. (Dr. F. Müller.)

XII. Eryngium L.

Sect. I. *Ramosinervia.*

1. Eryngium vesiculosum Labill. (Nov. Holl. I. p. 73. t. 98.) — Devils country, Dec. 1851; Encounter Bay (Dr. F. Müller); Van Diemenland (Stuart).

2. E. ovinum Cunningh. (DC. Prodr. IV. p. 89.) — Guichenbay, aestate 1847; Light river; m. Jan. (Dr. F. Müller.)

3. E. expansum F. Müller, glaberrimum, caule humili

erecto ramoso sulcato, foliis caulinis inferioribus alternis obovatis truncatis grosse inaequaliter spinoso-serratis in petiolum angustatis, superioribus subsessilibus oppositis trisectis, segmentis triserratis; capitulis brevissime pedunculatis subglobosis axillaribus, involucri 5-phylli foliolis radiatis lanceolatis spinosis carinatis capitulum excedentibus, paleis 2—3 similibus minoribus; ovariis dense squamulosis.

Ad Moreton Bay. (Dr. F. Müller.)

Caulis $^1/_2$-pedalis, dichotomus sulcatus. Folia inferiora 1 poll. longa, 4‴ lata; superiora cum petiolo 6—9‴ longa, 10‴ lata, plana. Capitula axillaria 2—3‴ in diametro, pedunculis 1‴ longis. Involucri foliola uninervia, 4 lineas longa. Paleae angustiores breviores, 2 lin. longae, flores superantes. Calycis tubus oblongus, obtusiusculus, laciniae longe cuspidatae. Stamina exserta. Antherae magnae.

* Ammineae Koch.

XIII. Apium L. (*Helosciadium* Müller First General Report p. 13.)

1. Apium australe Pet. Th.

Var. α. foliolis late-obovatis varie sectis (*A. graveolens* DC. ex parte, Hook. Flora of New-Zealand p. 287. et Flor of Tasmania p. 160.) — Torrens river, 28. Dec. 1847. (Dr. F. Müller.)

Var. β. foliolis in segmenta lineari-ligulata varie lobata sectis. (*A. prostratum* Labill. Nov. Holl. tab. 103.) — Nov. Holl. austr. ad sinum St. Vincenti, Dombay bay, Boston point, Dec. 1851 (Dr. F. Müller); Adelaide (Dr. Behr).

Var. γ. foliorum segmentis angustioribus. Hook. Icon. t. 305. Tasmania (Stuart).

Var. δ. planta parva ($2^1/_2$ poll. alt.), erecta, foliis alternis longe petiolatis, trifoliatis, foliolis ovato-lanceolatis, petiolulatis, medio trisecto, lateralibus bidentatis. (*Heloscia-dium parvum* F. Müller l. c.) — Nov. Holl. austr., trans flumen Murray alibique, Oct. 1848 (Dr. F. Müller).

XIV. Petroselinum Hoffm.

1. Petroselinum sativum Hoffm. (Umb. 2. ed. I. p. 28. t. 1. f. 7.) — Ad fluvium Torrens river, Jan. 1847 (Dr. F. Müller).

XV. Sium L.

Sect. I. *Sia genuina.*

1. Sium latifolium L. (Jacq. Austr. t. 66.)

In paludibus nec non ad rivulos satis frequens. — Adelaide, Aug. 1850 (Dr. F. Müller).

* Seselineae Koch.

XVI. Crantzia Nutt. (Ad Oenanthe ex Hook. Flora of New Zealand p. 287.)

1. Crantzia lineata Nutt. (Hook. Fl. Antarct. p. 287. t. 100.) (*C. Australica* F. Müll. First Report p. 13.) — Nov. Holl. austr. prope Holdfastbay (Dr. F. Müller).

XVII. Seseli Koch. Umbellif. p. 109.

Fructus oblongo-obovatus, a latere subcompressus, stylis reflexis coronatus. Mericarpia quinquejuga, jugis 2 marginalibus, 3 dorsalibus validis prominentibus, valleculis 1-, rarius 2 — 3-striatis (1-vittatis ex DC. et Hook.); commissura media unijuga elevata, valleculis 3-striatis.

A. *Oreomyrrhis* Endl. Calycis margo obsoletus. Petala apice incurva, pilosa. Umbella simplex, pedicellis floriferis brevissimis, frutiferis saepe elongatis. Involucrum polyphyllum.

Carpophorum bipartitum. Plantae scapigerae, foliis radicalibus inciso-pinnatifidis longe petiolatis. (*Caldasia* Lag., DC. Prodr. IV. p. 229; Hook. Icon. tab. 300; Hook. Flora of New Zealand p. 91.)

1. **Oreomyrrhis eriopoda** Endl. — Buffalo range, Forest creek (Dr. Fr. Müller); Van Diemensland (Stuart).

2. **O. Colensoi** J. D. Hook. l. c. — Ad Mountains of Bogang river (Dr. F. Müller).

B. *Seseli* L. (Definitions of rare Plants by Dr. F. Müller p. 27 et 28.)

Calycis margo 5-dentatus, dentibus triangularibus crassiusculis. Petala obovata in lacinulam inflexam coarctata, emarginata vel subintegra. Umbella composita, pluriradiata, umbellulae 4—5-florae. Involucrum 1—3-phyllum, involucellum oligophyllum, foliolis connatis liberisque. Carpophorum bipartitum. Plantae foliatae, foliis radicalibus et caulinis.

Sect. *Euseseli.* Involucri involucellique foliolis liberis.

1. **Seseli Harveyanum** F. Müller, glabrum, aromaticum; caulibus herbaceis erectis simplicibus, petiolis vaginantibus, foliis radicalibus pinnatisectis, segmentis superioribus lanceolatis late linearibusve indivisis acutis, inferioribus medio vel basi 2—3-fissis pinnatisectisve, caulinis pinnatisectis indivisisve; umbellis capitatis 4—8-radiatis; umbellulis 4—6-floris, floribus pedicellatis; involucro 1-phyllo vel nullo; involucellis nullis seu 1—3-phyllis, foliolis lineari-setaceis immarginatis; fructibus oblongis compressis glabratis.

Australian Alps, 5000′. (Dr. F. Müller.)

Radix perennis. Caulis pedalis et ultra, teretiusculus, striatus. Folia radicalia et caulina cum petiolo 5 poll. longa pinnatipartita, divisuris $^1/_2$ — 1 poll. longis et $1^1/_2$ lin. latis.

Vagina 6 lin. longa, 4 lin. lata breve membranaceo-marginata. Radii umbellae inaequales angulati. Pedicelli floriferi 1 lin. longi, fructiferi $^1/_2$ poll. longi. Petala late obovata alba apice inflexa. Styli a basi divergente arcuato-reflexi. Stylopodia glaberrima. Fructus 3 lin. longus, subaequilatus. Mericarpia 5-juga, valleculis 3-vittatis.

2. Seseli algens F. Müller, glabrum, glaucum; caulibus herbaceis simplicibus decumbentibus; foliis radicalibus pinnatisectis, segmentis trapeziformibus trifidis cuneatisque, ad marginem profunde acute-dentatis laciniatisve, caulinis 1—3 pinnatisectis vaginantibus; umbellis foliis circumdatis 2—3 radiatis; umbellulis 2—4-floris, floribus pedicellatis; involucro 1—3-foliolato, involucello oligophyllo, foliolis setaceis; fructibus glabris truncato-ovatis.

Munyang Mountains, 6000′ (Dr. F. Müller).

Radix fusiformis, perennis. Tota planta 2-pollicaris, caules plures foliorum vaginis involuti. Folia cum petiolis $2^1/_2$ poll. longi, segmentis 4 lin. longis, 3 lin. latis. Vagina 6 lin. longa, 3 lin. lata, membranacea rubra. Petioli striati. Radii umbellae inaequales sulcati, 2—3 lin. longi. Pedicelli floriferi $^1/_2$ — 1 lin. longi. Petala obovata emarginata. Antherae magnae. Styli divergentes reflexi. Stylopodia glaberrima. Fructus (immaturus) valleculis 1-vittatis.

XVIII. **Anisotome** Hook. fil. (Flora of New Zealand. Vol. I. p. 88. *Gingidium* Forst. incl.)

§. b. *Erecta, herbacea. Foliis radicalibus, pinnatis.*

1. Anisotome aromatica Hook. fil. l. c.

(*Anisotome glacialis* F. Müll. First General Report p. 13; *Gingidium glaciale* F. Müller, Descriptions of rare plants p. 27. no. 14.) — Mount Buller (Dr. F. Müller).

§. bb. *Erecta, herbacea; foliis indivisis.*

2. Anisotome simplicifolia F. Müller; dioïca, foliis radicalibus erectis rigidiusculis articulatis lineari-oblongis simplicibus longe petiolatis, petiolis canaliculata basi vaginantibus; caule scapiformi erecto simplici, umbellis multiradiatis, umbellulis multifloris, floribus albis, involucro bracteaeformi, involucelli polyphylli foliolis late linearibus acutis; fructibus breve pedicellatis ovato-oblongis, mericarpiorum jugis 5 latis aequaliter alatis, seminibus sulcatis. *Gingidium simplicifolium* F. Müller. (Descriptions of rare plants p. 27. no. 15).

Australian Alpes, 4 — 5000′; et in summitate rupestri alpina montium Cobboras Mountains, Mart. 1854 (Dr. F. Müller).

Radix subfusiformis descendens perennis multiceps. Caules scapiformes floriferi 4 — 7-pollicares, fructiferi 1 — 1½-pedales sulcati glabri. Folia 7 — 9 poll. longa, 1 — 1½ lin. lata. Vaginae membranaceae. Involucri foliola vaginantia 3 — 9 lin. ad 1 poll. longa. Involucelli foliola 1 lin. longa. Umbellae radii inaequales. Umbellulae 9 — 14-florae, flores inaequaliter pedicellati. Petala alba ovata acuta apice inflexa. Fructus pedicellatus, pedicellus 1 lin. long. stylo recurvo coronatus. Carpophorum 2-partitum.

XIX. Gingidium Müller. (Fragmenta Phytographiae Australiae p. 15.)

Dioïcum. Calyx tubo laevi, limbi lobis foliaceis. Petala alba. Fructus a latere paululum compressus. Mericarpia jugis tribus dorsalibus approximatis elevatis obtusatis, lateralibus marginantibus. Valleculae multivittatae, minus prominulae, vittae commissurales superficiales. Carpophorum bipartitum. Albumen semiteres, antice subplanum.

„Proxime accedens ad *Gingidium Monroi* (*Aciphylla*

Monroi J. Hook. fil. New Zeal. II. p. 330) differt statura minore, habitu procumbente, foliolis non striatis sed setuligeris. Genus *Gingidium*, quoniam *Aciphylla* haud recentius et complexui specierum *Aciphyllae* et *Anisotomes* multo magis conveniens, restituere non haesitavi." F. Müll. l. c. p. 16.

1. **Gingidium procumbens** F. Müller; glabratum, caule brevi ramoso angulato striato, ramis procumbentibus, vaginis persistentibus adpressis, foliis vaginantibus pinnatis, pinnis quadrijugis 3—5-partitis basi pinnula stipatis, laciniis confertis erectis lanceolato-linearibus mucronato-acuminatis uninerviis; umbellis capitatis pedunculatis erectis multiradiatis, umbellulis paucifloris, floribus pedicellatis; involucro involucellisque polyphyllis, foliolis inaequalibus.

In cacumine schistoso-lapidoso montis Lapérouse, Tasmaniae. (Oldfield.)

Radix fusiformis. Rami 2—3-pollicares, apice foliosi. Folia 8 lin. longa petiolata, petiolis articulatis 1 lin. latis supra bicanaliculatis curvatis. Pinnulae erectae sessiles, laciniis 2 lin. long., 1 lin. lat. Vagina membranacea 4 lin. lata parallelinervia. Pedunculus communis pollicaris angulatus striatus glaber, pedunculi partiales 2—4 lin. longi, pedicelli 1 lin. longi. Involucri foliola 4 lin. longa, involucelli 2 lin. longa, e basi ovato-lanceolata acuta membranacea uninervia. Calycis laciniae late lineares acutae uninerviae. Fructus spadiceus 1 lin. longus, fere $^1/_4$ lin. latus, stylo brevissimo patulo demum deciduo coronatus. Stylopodia parva glaberrima.

* Daucineae Koch.

XX. Daucus L.

1. **Daucus brachiatus** Sisb. (*Caucalis glochidiata* Poir. Lab. Nov. Holl. I. p. 75. t. 102.) — Gawlertown in collibus aridis glareosis, 16. Septbr. 1848; Bugle range, Nov. 1848. (Dr. F. Müller.)

* Coriandreae Koch.

XXI. Coriandrum L. (Schk. t. 72.)

1. **Coriandrum sativum** L. — Bethania. (Dr. Behr.)

Hortorum botanicorum plantae novae et adnotationes in seminum indicibus et adversariis dispositae.

In Linnaeae tomo vicesimo octavo inde a pag. 353 usque ad paginam 380 collegimus, quae ex hortorum indicibus a. 1855 collecta semina offerentibus redundarunt, similique modo nunc pergimus, ex sequentium annorum, 1856, 1857 et 1858 scilicet, catalogis haurimus descriptiones et adnotationes. Illas vero Berolinensis horti relinquimus, cujus messis anni 1856 in Annalibus Parisiensibus (4ième série VI. 350 sqq.) reproducta est.

Catalogue des graines recueillies en 1856 *et offertes en échange par le Jardin botanique de Genève*, Horti director cel. Reuterus praeter hortensium plantarum semina et sponte sua nata, in alpibus Sabaudiae lecta, nec non plura rariora ex horto cel. Edmundi Boissier (ad Valeyres sito) offert ad calcem haec adnotans:

Centaurea umbrosa Huet. C. annua, laxe araneoso-floccosa, caule gracili patentim ramoso; foliis trinerviis, inferioribus ovato-lanceolatis acutis in petiolum longum attenuatis, utrinque lobo parvo oblongo-lanceolato auctis v. integris margine repando-denticulatis, superioribus lineari-lan-

ceolatis v. linearibus acuminatis integris; capitulis cylindraceo-ovatis paucifloris, involucri pallide virentis squamis ovato-lanceolatis auguste marginatis ciliato-denticulatis, interioribus apice scariosis subdilatatis denticulatis; flosculis radiantibus paucis parvis anguste lobato-dentatis cyaneis, disci purpureo-coeruleis; achaeniis nitidis pappo pallide rufescenti eo tertia parte breviori coronatis. — Hab. in sylvaticis elatioribus Nebrodum et montis Busambra Siciliae. Huet! — *C. Cyanus* Guss. non L. — *C. Cyano* valde affinis differt caule graciliore patentim ramoso, foliis latioribus minus araneoso-villosis, capitulis multo minoribus paucifloris, flosculis radiantibus minimis pancis (5—8), involucro dimidio brevioribus, achaeniis subduplo majoribus. — *C. Cyanum* L. vere spontaneam in montibus pr. Smyrnam amicissimi Boissier et Balansa legerunt.

Picris crinita sp. nova. P. biennis, caule stricto apice corymboso foliisque pilis furcatis simplicibusque hirsuto; fol. lanceolatis subregulariter repando-dentatis, radicalibus inferioribusque basi longe attenuatis, caulinis mediis sessilibus v. semiamplexicaulibus, superioribus angustioribus integris; pedunc. apice subincrassatis involucrisque pilis longis atris hirsutis; capit. e majoribus generis, involucri nigricantis squamis oblongo-linearibus, exterior. laxis brevibus, omnibus pilis longis crinitis hirsutis, ligulis concoloribus aureis; achaen. leviter incurvis utrinque subangustatis tenuissime transverse rugosis castaneo-fuscis. — Hab. in herbosis montis La Grigna supra lacum Comensem et in monte Viso Delphinatus. — Aff. *P. Villarsii* et *crepoïdi*; prior diff. fol. angustioribus minus regulariter dentatis, capitulis minoribus subumbellatis, involucris minus hirsutis; posterior foliis latioribus grosse-dentatis hispido-setulosis, basi late amplexicaulibus, involucri squamis latioribus, exterioribus ovato-lanceolatis subimbricatis.

Allium insubricum Boiss. et Reut. Cat. sem. jard. genev. 1854. — A. bulbo elongato-conico, tunicis tenuissimis membranaceis albis vestito, rhizomati oblique adnato; scapo angulato, superne ancipiti-compresso, inferne 3—4-folio, fol. glaucescentibus linearibus planis superne sensim attenuatis obtusiusculis, dorso inferne carinatis scapo brevioribus; umbella 4—6-flora nutanti, spatha scariosa bivalvi, infundibuliformi pedicellos aequanti; perig. campanulati segmentis oblongo-obovatis exterioribus angustioribus acutioribusque, staminum perigonio breviorum filamentis simplicibus basi dilatatis ad basin segmentorum perigonii adnatis, ovario subrotundo trilobo, stylo brevi, stigmate trifido, caps. subrotunda trigastra, perigonio inclusa, eo dimidio breviore.— *A. grandiflorum* Rchb. fl. germ. exc. ex p., non Icon. germ. — Hab. in Alpibus Comensibus inter lapides calcareos reg. alpinae montium Corni di Canzo, la Grigna, Resegona, Codeno, etc. Ab *A. pedemontano* W. = *narcissiflora* Vill., quod valde affine, differt: foliis glaucescentibus latioribus superne magis attenuatis, scapo magis ancipiti, umbella etiam matura nutanti et praesertim bulbo tunicis scariosis nec fibris numerosis aridis vestito.

Jardin de Genève an. 1857.

1. **Arabis sicula** Huet. — A. biennis v. perennis, caule erecto crasso ramoso, inferne sparse hirsuto caeterum glabro; fol. intense viridibus, nitidulis, margine subtusque ad costam pilis simplicibus furcatisque ciliatis, radicalibus oblongo-lanceolatis grosse et obtuse dentato-lobatis, in petiolum alatum attenuatis, caulinis ovato-lanceolatis sessilibus sparse et leviter dentatis, superioribus ramealibusque lanceolato-linearibus integris; floribus laxe racemosis; calyce glabro, pedi-

cello apice incrassato sublongiori, sepalis lineari-oblongis, petalis ochroleucis linearibus erectis, limbo vix dilatato apice rotundato calycis quarta parte vix longioribus; siliquis erectis rigidis subtorulosis, stigmate sessili obtuse apiculato; semin. compressis ovatis utrinque truncatis anguste alatis. — Hab. in Sicilia; Huet. — Caulis 1 1/2 ped., racemi demum valde elongati. Siliquae compressae subbipollic. fere 1/2 lin. latae. *A. longisiliqua* Presl, Guss. foliis pilis stellatis canescentibus, floribus purpureis etc. differt.

2. Centaurea Grinensis Reut. sp. n. — C. caule gracili ridigulo anguloso; fol. coriaceis glabris v. subtus et ad margines sparse subaraneoso-floccosis, radicalibus inferioribusque lanceolatis longe petiolatis dentato-serratis, caulinis profundius dentatis, in petiolum amplexicaulem utrinque pectinato-appendiculatum attenuatis, superioribus lacero-pinnatifidis lobis lanceolatis integris v. paucidentatis, supremis minimis linearibus integris v. basi pinnatifidis; capitulis ovato-conicis mediocriter radiantibus, involucris subfarinareis, squamis arcte imbricatis appendice inermi triangulari fusco-nigrescenti margine fimbriato-pectinato, fimbriis ei diametro brevioribus, squamis intimis appendice dilatata spathulatis profundius imbricatis; achaen. pallide rufescentibus pappo albo eis longiori coronatis. — Hab. in sylvaticis regionis superioris montis la Grigna supra Mondello ad lacum Comensem. — Affinis *C. Scabiosae* L. diff. capitulis minoribus minusque radiantibus, involucri subfarinacei squamis brevius ciliatis, fol. magis coriaceis araneoso-floccosis, nervis subtus magis prominulis, etc.

3. Geranium Canariense Reut. mss. — G. caudice lignoso reliquiis stipularum petiolorumque vetustorum vestito, fol. radical. longe petiolatis palmatipartitis, partitionibus ambitu ovato-deltoïdeo profunde pinnatifidis, laciuiis grosse den-

tato-lobatis; ramis floriferis paniculato-dichotomis, pedunc. calycibusque pilis purpureis articulatis apice glanduliferis dense hirsuto-velutinis; stipulis bracteisque parvis membranaceis margine ciliatis; sepalis oblongis membranaceis 3-nerviis apice aristatis; petalis oblongis obtusis stamina circiter aequantibus in unguem longe angustatis. — Hab. in Teneriffa Webb, Bourgeau pl. exs.! — *G. anemonefolium* Webb Phyt. Can. I. 20, Bourg. pl. exs. n. 1251, non Hérit. — *G. anemonefolium* L'Hér. Sims. bot. Mag. t. 206. e Madeira ortum differt: stipulis bracteisque majoribus tenuiter velutino-pubescentibus, sepalis longius aristatis, pet. late obovatis multinerviis stamina superantibus, antheris latioribus utrinque obtusioribus.

4. **Knautia Godetii** Reut. mss. — K. caule erecto simplici v. apice tantum ramoso, glabro v. infra nodos pilis raris praedito; fol. lanceolatis acuminatis glaberrimis coriaceis intense viridibus supra nitidis, integris v. sparse et leviter dentatis, radicalibus inferioribusque in petiolum anguste alatum longe attenuatis; caulinis sessilibus v. subconnato-amplexicaulibus, supremis minutis, e basi ovata acuminatis sparse ciliatis; pedunculis longis pulverulento-floccosis; sparse et infra capitulum dense hirsutis; involucri foliolis lanceolatis ciliatis; floribus mediocriter radiantibus roseo-lilacinis, calycis limbo fructu triplo breviore 8—9-dentato, dentibus subulato-aristatis. — Hab. in pratis frigidis Jurassi superioris, legi pr. Ste. Croix et in hortum attuli. — *K. longifolia* Gren. et God:. Fl. de Fr., Godet! Fl. Jur. non Koch. — *K. longifolia* Koch differt; foliis longioribus et angustioribus minus utrinque angustatis, in petiolum breviorem late alatum desinentibus, caule pubescenti-floccoso, involucri foliolis hirsutis e basi ovata angustatis, calycis limbo magis hirsuto, fructu duplo nec triplo breviore.

5. Silene syriaca Rent. mss. — S. annua, glabra, caule virgato junceo laxe dichotome ramoso; fol. radic. spathulatis acutiusculis basi in petiolum subalatum longe attenuatis, caulinis lineari-subulatis, supremis minimis; floribus ad apicem ramorum et in dichotomiis sitis, calyce membranaceo clavato leviter striato, dentibus triangularibus acutis, petalis diurnis albis, subtus fusco-lineatis ultra medium bifidis, lobis lanceolate-oblongis divergentibus appendice bifido apice lacero-fimbriato; carpophoro ovario quintuplo longiore; caps. ovata carpophorum circiter aequante; seminibus muricatis ad latera subconcavis dorso aperte canaliculatis. — Hab. in Syria pr. Baalbek. Kotschy pl. exs. n. 374. — Affinis *S. pictae* Pers. et *echinospermae* Boiss., prior differt petalorum lobis latioribus obtusissimis utrinque purpureo-reticulatis, seminibus duplo minoribus; posterior ramis magis patulis, capsula minori magis ovata, seminibus minimis echinato-tuberculatis.

Index seminum in horto bot. Hamburgensi a. 1856 *collectorum.* 4.

1. Lysimachia sedoides Lehm. Caulibus adscendentibus angulosis foliosis lepidotis apice in pedicellos 3 — 4 divisis; fol. alternis sessilibus subspathulatis acutiusculis carnosis glabris subtus convexis basi extus glandula rubra instructis; pedicellis erectis quadrangularibus foliis longioribus, axillaribus solitariis, terminalibus subfasciculatis; calycibus tubulosis 10-costatis, segmentis lanceolatis acutis; stamin. inclusis, alternis sterilibus. — Hab. in Nova Zeelandia.

2. Nymphaea Kosteletzkyi Paillard, per plures annos in horto nostro culta, constanter servavit characteres diagnosticos. Viri cll. Dr. J. D. Hooker et Dr. T. Thomson hanc plantam in Flora Indica I. 240. ad *N. albam* attulerunt,

eosque secutus est Dr. R. Caspary in enumerandis varietatibus *N. albae* in appendice ad indicem seminum horti bot. Berolinensis a. 1855 collectorum, mense Martio 1856 divulgato p. 28. Observandum notandumque est ut in hac enumeratione varietatum et subvarietatum *N. albae* plures distinguuntur formae, quae in aquis stagnantibus circa Hamburgum ex uno eodemque rhizomate provenientes reperiuntur.

Index h. Hamburgensis a. 1857.

Nymphaea dentata Thoung., differt a reliquis ejusdem tribus praeter alias notas seminum parvitate, quorum plus quam 17000 in una eademque capsula reperiuntur. Cf. E. Otto Garten- und Blumen-Zeitg. 1851. p. 478.

Index h. Hamburgensis a. 1858.

1. **Nicotiana exasperata** Lehm. N. bipedalis, caule erecto tereti tuberculis subhyalinis pilisque glanduligeris dense adsperso; foliis sessilibus, *inferioribus* ovalibus obtusiusculis basi valde attenuatis, *superioribus* lanceolatis acutis, *omnibus* basi cordatis vel auriculatis, valde undulatis et subrepandis, piloso-glandulosis hirtellisque subtus ad costam exasperatis; floribus paniculatis, pedicellis in fructu nutantibus; calycibus 10-costatis valde viscoso-glandulosis; laciniis inaequalibus longe attenuatis, obtusiusculis, quinta reliquis multo longiore; corolla (horis tantum matutinis et vespertinis aperta) extus viridi-purpurascente, pubescente-glandulosa, tubo angustissimo calyce triplo longiore, limbi laciniis oblongis acutiusculis, plicatis, intus albicantibus dein purpurascentibus; stamina brevissima inclusa, summo tubo exserta.

Accedit ad *N. repandam* et *Donnianam*. Differt a *priore* praesertim caule et foliorum costa subtus exasperata

formaque foliorum; a *posteriore* forma foliorum et floribus paniculatis; ab *utraque* pedicellis in fructu nutantibus.

Accepimus nomine *N. repandae.* Lehm. in E. Otto Garten- und Blumenzeitg. 1858. p. 439.

2. Oenothera macrosiphon Lehm. O. herbacea, erecta, bipedalis, molliter pilosa pilis patentissimis; caule tereti, firmo, a basi ramoso; foliis sessilibus lanceolatis remote glanduloso-dentatis, superioribus sinuato-undulatis basi latioribus; floribus axillaribus sessilibus; tubo calycis praelongo gracili curvulo, ovario subcylindrico quintuplo fere longiore, valde piloso et purpurascente, limbi laciniis longitudine fere ovarii, petalis ovalibus obtusiusculis integerrimis (flavis, dein purpurascentibus) quam calycis laciniae et stamina brevioribus; stigmate 8-partito ad orificium tubi calycis ideoque staminibus multo breviore: lobis crassiusculis elongatis; capsulis oblongo-clavatis curvulis, obsolete 8-costatis.

Accepimus nomine *O. villosae* ex horto Darmstadiano. Lehm. l. c.

3. Pavetta undulata Lehm. P. fruticosa, tripedalis, glaberrima; foliis coriaceis petiolatis oblongis vel oblongo-lanceolatis oblique acutis, basi attenuatis undatis; stipulis basi lobis longe acutatis marcescentibus; pedunculis terminalibus trichotomis corymboso-multifloris; floribus albis suaveolentibus; dentibus calycinis brevissimis obtusis; limbi laciniis lanceolatis margine revolutis longitudine tubi et styli. Lehm. l. c. pag. 437.

Index seminum horti botanici Marburgensis anno 1856.

4. (*Wenderoth dir., die XVI. Januar. MDCCCLVII. die natal. octogesimo quarto subscripsit.*)

Coleus ingratus Benth. vagat etiam in hortis sub titulo *Perillae Nankinensis*, cui vero folia sunt reniformia, rel.

Erysimum patisiliquum Wender., non platisiliquum, de quo cel. Fenzl censet, *Erysimum* esse *aureum* M. Bieb. Equidem jam convenio, etsi plantae nostrae cultae et ingenuae neque descriptiones, neque exemplaria in herbario asservata ad unguem quadrant.

Hypericum androsaemoides Wender. Constans in horto per decennia et ex semine iterum iterumque renatum differt insuper non solum fructu ab Androsaemio, sed et habitu, foliorumque forma et structura, nominatim *Hyperico Androsaemo* L. et *Rugeliano* Kze.

Supplementum indici seminum h. bot. Marburgensis anni 1856 *etc. etc.* 1857.

Castanea vesca Gaertn. Arbores altissimae in horto nostro inde a semisaeculo et in regionibus vicinis montanis vetustiores celsissimae, quotus quidem annis flornerunt et fructus protulerunt, sed semper inanes; hoc anno primum perfecte fructificaverunt ipsa individua mediae aetatis. — Sic floruit quoque h. a. nostro in horto *Chamaerops humilis β. arborescens* (altitudine 10′ et 100 certe annorum aetate) sub diu et multos proferens fructus; an seminibus germinandi facultate praediti sunt, experimentum docebit.

Lathraea Squamaria L. Haec planta horti botanici nostri cujus semina huc indicata sunt, memoratu haud indigna videtur. Eam ante decem annos et quod excurrit a me in sylvae hercinicae quodam loco deserto detecta effossaque cum substratis in hortum transplantaveram. Anno sequenti floruit; tunc vero usque ad hunc annum memorabilem plane evanuerat, nam nullum vestigium praesentiae pristinae ejusdem diligentissima investigatione detegebatur. Denuo jam meuse Majo h. a., mirabile dictu, iterum adparuit. Inveni eam in eo loco,

quo ipse ante decennium transplantaveram et qui nemini, me excepto, notus erat, pulchro mane quodam, abunde — quasi per magiam evocata individua florentia plura; absque iis semen collectum est hoc. Ceterum haud dubito, seminis partem ex primaria florescentia exortam, tamdiu in terrae sinu quievisse usque ad hunc, quo reviviscata est, annum plantaque germinavit floruitque etc.

Delectus seminum in h. b. univ. Marburgensis collectorum a. 1858.

Juglans cinereo-nigra Wender. Medium quasi tenet inter utramque *Juglandum* speciem, *cinereae* et *nigrae*; sunt inprimis fructus ejus magis elliptici quam oblongi et globosi; folia parum praedita jugorum etc.

Index seminum e messe anni 1856 *ab horto Upsaliensi oblatorum.* 4. (El. Fries dir., qui ad calcem haec scribit: Tempestas anni (1856 scil.) vegetationi maxime infesta; hiems dira, ver serum, aestas maxime frigida, auctumnus pluviosissimus, quare semina plurimarum plantarum delicatiorum non matuarunt et hinc index insolito inops.)

Lepigonum. Genus a me primo distinctum et charactere genuino limitatum, male *Spergularia* ab aliis dictum. Abit in quatuor subgenera e seminibus etc. nempe: 1. *Paronychiella* cymoso-capitatae typo *Arenaria floribunda* Naud. 2. *Alsinella*, seminibus minimis immarginatis typo *L. segetali.* 3. *Spergularia*, sem. marginatis, typo *L. rubro.* 4. *Molluginaria*, seminibus reniformibus, immarginatis crenulatis, typo *L. mollugineo.* — *Alsine prostrata* Boiss. quintum forsan praebeat typum.

Index seminum e messe anni 1857 *ab horto Upsaliensi oblatorum.*

Tempestas anni sub frigido nostro coelo vegetationi maxime favebat; per menses Junii et Julii pluviae et nitentes soles alternabant; per Augusti et Septembris calor intensissimus. At exeunte Julio cholera erupit in nrbe nostra et per tres menses funestissima saeviit, ut e 43 hominibus horto botanico adscriptis vix ullus a morbo plane liber et 13 mortui sint, inter quos hortulanus D. Müller, vir amabilis, ingeniosus, artis suae peritissimus. Tristi hoc tempore hortus jacebat neglectus; rarissimae plantae frustraneae defloruerunt et seminum messis levis.

Chaenostoma cordatum Benth. E seminibus e Cap Kneisna. Species perennis, pendulina, venusta, floribus albis per totum fere annum onusta, at semina apud nos haud maturarunt, *surculis vero facile propagatur.* E stricto prioritatis jure genus dicendum *Palmstruchia* Retz., qui genus clare et plene definivit in Obs. Bot. Pugill. Lundae 1809.

Cheiropetalum radians Fr. Genus affine Malachio, at trigynum, petalis quinquepartitis. H. l. *St. radians* L.

Datura Metel L. Semina e N. Mexico 1856 distributa, sub nomine *D. Metelloides*, hoc anno florvere, at semina non maturaverunt. A *D. Metelloides* Dun. sistunt speciem diversam (*D. lurida* Fr.), quae ad *D. Metel* accedit, ut *D. Tatula* ad *D. Stramonium.*

Echinospermum coelestinum Wight. *E. Wallichii* Cat. H. U. 1851. Primus quidem ad Echinosperma retuli, at nomen Wightianum antiquo synonymo nixum plerisque placuit.

Haloscias scoticum Fr. *Ligusticum* L. — At ab hodierno et vero Ligustico diversissimum non modo characteribus gravissimis (calyce dentato, semine a pericarpio libero etc.),

sed etiam habitu diversissimo, qualitatibus, patria, quare ab omnibus floristis borealibus (Hartman, Lange, Babington) receptum genus, at ab hortorum praefectis praetervisum.

Hieracium Sabaudum L. Ad hoc spectant *H. canadense*, *virgatum*, *rubricaule*, *autumnale* etc. omnium hortorum, quae nomina delenda, ut vel prorsus falsa, vel species in hortis europaeis haud obvias spectantia.

Nardurus unilateralis h. Ups. 1853 c. synon. Sub nomine *Nardi* hunc et *N. tenellum* l. c. *numquam* distribuimus, ut in advers. Vindob. legitur, sed sub genuino nomine — et correctio nominum eo magis superflua cum harum specierum, *Catapodii* etc. ipsi l. c. plura dedimus synonyma genuina! Mihi anceps videtur nomina corrigere tantum ob aliam generum notionem l. aliud nomen genericum! vel additis genuinis synonymis v. c. Godetias in Oenotheras e. s. p. Quis fingat se arbitrem, qui sua placita omnibus imponet?

Psoralea physodes glabrata Torr. Gray. Speciosa planta, educata e semin. a cel. Prof. Andersson in California lectis. Per plures annos laete floruit, hoc demum calidissimo semina maturarunt.

Index seminum etc. anni 1858 *ab horto Upsaliensi oblatorum.*

Catabrosa algida Fries, *Phippsia* R. Br. at plane nulla nota differt a *Catabrosa*; *C. algida* certe *C. aquaticae* aeque affinis ac *Circaea alpina Circ. lutetianae.*

Fluminia arundinacea Fries, *Festuca arundinacea* Liljebl. at vere diversum a Festucaceis et Avenaceis adscribendum cfr. Sum. Veg. Scand.

Haloscias scoticum Fries, *Ligusticum* L. Valde a Ligustico recedit semine libero, calyce dentato c. s. p. ut etiam toto habitu ut qualitatibus.

Thalictrum flexuosum Reich., *Th. minus* L.!, *Th. Kochii* Fr. Has tres species mire confusas candidis observatoribus commendo; *Th. minus* Germ. est *flexuosum* sub 20 nominibus in hortum nostrum introductum.

Thalictrum Icjocarpum Fries. Sub nomine *Th. baikalensis* recepimus et 1858 distribuimus, at carpella in vivo nucamentacea globosa laevissima novum subgenus indicant.

Index seminum in horto bot. Berolinensi anno 1857 *collectorum.* 4.

Cheilanthes pedata (Hook.). *Hypolepis pedata* Hook. sp. fil. II. p. 73. t. 92. *Adiantopsis elongata* Klotzsch Gartenztg. 1855. p. 293.

Pteris hirsuta (*Lonchitis hirsuta* L.). *Pteris laciniata* W. herb. Presl. *Lonchitis excelsa* hort.

Boissiera Danthoniae A. Braun. *Bromus Danthoniae* Trin., *Trinusia Danthoniae* Steudel, gramen singulare, cujus semina prope Damascum legit Wetzstein.

Bromus parviflorus Desf., *Br. commutatus* hortorum plur. non Schrader. Colitur in Italia sub nomine „*Ventolana*“ (*Bromus Ventolana* Schleich.).

Sisymbrium Griffithianum Boiss. Diagn. plant. or. ser. secunda p. 23. Semina prope Kermanscha in Persiae provincia Kurdistan lecta attulit celeb. Dr. Petermann.

Euphorbia hortensis Engelm. in litt., *Euphorbia humifusa* hortorum, sed non Willdenowii planta in hortis botanicis divulgata patriae ignotae.

Euphorbia Pseudo-Chamaesyce F. et M. Ind. sem. hort. Petr. IX. (1843), Ledeb. Fl. Ross. III. 557. planta sibirica in horto Berolinensi probabiliter inde a Willdenowii

temporibus, quasi spontanea, areas horti in consortio *Mollugin*is *Cervianae* quotannis infestans.

Salvia rhombifolia R. P. var. *Philippii*. Differt a specie genuina caule altiore et strictiore, calycibus non coloratis, corollis albis, nuculis minoribus. Semina e Chili misit R. A. Philippi.

Abutilon australe h. Ber. sub nomine *Sidae australis* jam dudum in horto colitur.

Malva Tenoreana Kze. ined., species distincta ex affinitate *Malvae nicaecnsis*.

Nicotiana repanda W. Ad hanc speciem pertinent *N. pandurata* Dun. in DC. pr. XIII. 1. p. 569; *N. graciliflora* A. Braun in cat. sem. h. Frib. 1849 et forte *N. Roemeriana* Scheele Linn. 1848. Dun. l. c. p. 568.

Index sem. in horto bot. Berol. a. 1858 *collectorum.*

Annotationes plures ex praecedentis anni catalogo repetuntur, ad calcem vero adduntur observationes ad *Selaginellarum* hortensium anno 1857 editum conspectum.

Semina in horto bot. Patavino lecta anno 1857. 4. (*Rob. de Visiani*, director.)

Pancicia nov. gen. Umbell. Calyx minute 5-dentatus. Cor. petalis oblongis bifidis. Fruct. ovalis convexus ad commissuram retractus, stylis demum deflexis coronatus; carpellis cymbaeformibus subincurvis extus 5-jugis. Juga acuta, dorsalibus subalatis, extimis marginantibus. Valleculae 3- ad plurivittatae vittis plicis epicarpii filiformibus (juga secundaria?) interstinctis. Commiss. 2—3-vitt. sulco levi a columella diremto longitudinaliter exarata. Albumen striatum. Columella bipartita apicibus carpellorum adnexa. Involucr.

polyphyllum setaceum. Herba glabra, radice fusiformi biennis; caule erecto striato cylindrico, apice subramoso: foliis radical. infimisque longius petiolatis cordatis palminerviis denticulatis, reliquiis supra petiolum vaginaeformem in nervos nudos capillaceos palmatim solutis; umbellae involucris polyphyllis, radiis inaequalibus. Fl. Junio; fructif. Julio. — Hab. in monte Javor in Serbia unde singularem plantam detexit mihique humaniter describendam concessit clar. Prof. Jos. Pančić, qui plantarum serbicarum investigator acerrimus jam harum enumerationem publici juris fecit, rariorumque diligentem illustrationem aggreditur. Genus inter Campylospermas Smyrneas locum habens, nulli harum tamen speciatim affine, et ob carpella leviter intus sulcata et insimul a basi ad apicem subincurva a Campylospermis ad Caelospermas transiens et utrasque conjungens.

Index seminum in horto acad. Hauniensi a. 1857 *collectorum.* 8. (Joh. Lange, ad hortum dirigendum p. t. constitutus erat; a. Weilbach, hortulanus.)

1. **Rumex biformis** Lge. Planta herbacea perennis (ex tribu *Acetosae*) dioeca, caule erecto angulato-sulcato basi purpurascente, in planta ♂ c. petiolis brevissime pubescente, in pl. ♀ glaberrimo; fol. radical. et caulinis inferior. petiolatis integerrimis, ovalibus obtusis, basi sagittata auriculis breviter acuminatis conniventibus v. angulum acutum angustum formantibus, caulin. super. lanceolato-ovatis sessilibus, auriculis semi-amplexicaulibus, omnibus (in pl. ♀) glaberrimis crassiusculis, pagina sup. vernicoso-nitidis, pag. inf. pallidioribus impresso-punctatis in pl. ♂ minus nitidis et sparsim brevissime puberulis; ochreis 4—6 lin. longis, in lacinias lineares irregulariter fissis; racemis thyrsoideo-densifloris in

paniculam brevem aphyllam dispositis; fol. perigon. fl. ♂ obovatis (3 exterior. multo brevioribus), fl. ♀ 3 exterioribus brevissimis reflexis pedicelloque adpressis, interioribus 3—4-plo longioribus ovali-reniformibus, leviter emarginatis basi in 2 auriculas obtusas productis, squama callosa deflexa truncata, auricularum longitudine in sinu interjecta, caryopside acute trigono nitido. — In rupibus maritimis prope oppidum la Coruna Galleciae die 10. Aug. 1852 plantam fructiferam legi. In horto nostro botanico e seminibus inde sumtis educata, per plures annos habitum conservavit singularem, ab omnibus formis *A. Acetosae* distinctissimam. Potius ad *R. thyrsoidem* Desf. (DC. pr. XIV.) accedit, sed haec species diff. fol. radic. undulatis, fol. perig. interior. latioribus quam longis, exterior. parum brevioribus etc. Ab omnibus affinibus, quas novi aut descriptas vidi, indole diversa epidermidis plantae ♂ et ♀ optime distinguitur.

2. Carduus (*hamulosus* Ehrh. var.?) **platypus** Lge. — Biennis, caule erecto simplici v. parum ramoso, ramis erectis monocephalis fere usque ad apicem foliatis cauleque interrupte alatis, alis palmato-lobatis, lobis spinosis; fol. lanceolatis pinnatilobis, lobis trifidis, nervis omnibus in spinam mediocrem stramineo-coloratam excurrentibus; calathio erecto subgloboso, basi applanato, squamis periclinii exterioribus et mediis lanceolatis, nervo medio valido in spinam pungentem coloratam (saepius purpuream) excurrente, exterioribus planis demum divaricatis v. reflexis, intermediis e basi concava adpressa paulo supra medium in appendicem lanceolatam recurvatam constrictis (*S*-formibus), intimis linearibus erectis, apice roseo molli (non pungente) parum curvatis, corollae pulchre roseae tubo limbum subaequante, curvato, sub limbo inflato, laciniis linearibus acutis, altero (exteriori) profundius fisso; achaeniis stramineo-fuscis nitidis, striis longitudinalibus

obsoletis. — In Hispaniae centralis collibus campisque aridis, inde e montibus Marianis ad montes Legionenses, passim inveni; semina lecta prope urbem Valladolid (1. Julii 1852). Planta silvestris (1 — 1½ ped., caulis et folia, praesertim pagina inf. dense arachnoidea, calathia satis magna fere iis *C. nutantis* aequalia; planta vero culta abunde diversa, usque ad 6 ped. alta, laete viridis et parcissime arachnoidea, calathiis maximis *C. macrocephali* Desf. v. *Onopordi Acanthi* subaequalia.

3. Sedum anglicum. Suspicor, plantam hoc nomine vulgo designatam collectivam speciem, varias formas v. forsan species distinctas complectantem, sistere. Tales 3 formas tam in statu silvestri quam pluribus annis in horto bot. nostro cultas observavi, quarum historiam posthacc accuratius proponere in animo est; hoc loco nonnisi brevem descriptionem praemittam.

a. *S.(angl.) Raji* Lge. (*S. minimum non acre fl. albo* Raj. Syn. t. 12. f. 2., *S. anglicum* Bab. man. ed. 3. p. 123.) — Annua caulibus diffusis radicantibus, surculis sterilibus nullis, fol. sparsis distantibus, ovatis acutiusculis semicylindricis, basi breviter acute calcarato-gibbis, inferior. subreflexis, superior. horizontaliter patentibus; petalis lanceolatis concavis, carpellis fere petalorum longitudine, sensim in stylum evidentem acuminatis. — In Gallecia frequens locis aridis, in muris, rupibus, etc. Sem. lecta ad oppid. Pontevedra 25. Aug. 1852. Culta sequenti fere mense serius floret (12. Jul. flores nondum explicati).

b. *S. (angl.) pyrenaicum* Lge. (*S. anglicum* Gren. et Godr. fl. Fr. 1. 624. part. ex loco nat.). — Perennis, caulibus florigeris et surculis sterilibus diffusis, fol. lineari-ovalibus obtusis, basi calcarato-gibbis, patentibus, caeterum ut forma prior, sed multo praecocior (12. Jul. jam deflorata et

ex parte fructifera). — In Pyrenaeis centralibus usque ad regionem subalpinam frequentem inveni (v. c. ad Bagnères de Luchon, Jul. 1851).

c. *S.* (*angl.*) ***Hudsonianum*** Lge. (*S. anglicum* Huds. fl. Angl. 196. (excl. syn. Raj.), E. Bot. t. 171; Fl. D. t. 82, Gren. et Godr. l. c. e descr.). Perennis, caulibus florigeris et surculis sterilibus adscendentibus fol. sparsis approximatis et in surculis sterilibus approximatis, subgloboso-ovalibus, obtusissimis, utrinque convexis, basi vix gibbis (non acute calcaratis) erecto-patulis, supremis erectis; petalis ovatis subplanis, brevissime acuminatis, carpella multo superantibus, stylo obsoleto. Specimina culta e seminibus ad Naes Norvegiae lectis (C. Rosenberg) educata praecedenti c. 14 diebus serius floruerunt (12. Jul. optime florens).

4. **Eruca orthosepala** Lge. (*E. vesicaria β. orthosepala* Lge. ind. sem. h. Haun. 1853.) accuratius observata videtur species tam ab *E. sativa* L. quam ab *E. vesicaria* Cav. distincta; ab illa differt siliqua multo minore, valvis fere duplo angustioribus; semin. multo minoribus numerosis bi-serialibus! (in *E. sativa* sub-1-serialibus, 4 — 8 in quovis loculo), ab hac diff. caule subglabro, sepalis erectis non inflatis etc. Ab *E. stenocarpo* Boiss. magis diff. nervo centrali valvarum evidenti (nec obsoleto) semin. 2-serialibus, rotundato-angulatis subglobosis (nec oblongis, 1-serialibus). — Ad vias et in campis pr. Aranjuez (Nov.) et Lorea Hispaniae (Dec.) 1851 fructiferam legi. — Genus *Erucae* examini ulteriori valde commendandum, character genericus Candollei „semina uniserialia“ nt hic observavimus, et ut jam Boissier, Gren. et Godr. aliique monuerunt, haud constans.

Index seminum in h. acad. Hauniensi a. 1858 *collectorum.* 8.

In emendandis ab horti praefecto Joh. Lange haec notantur: *Lepigonum glandulosum* Liebm. h. Haun. (index sem. 53.) = *Lepig. Liebmanniamum* Lge. — *L. gland.* Liebm. jure prioritatis nomen servare nequit, cum jam altera species hoc nomine designata sit (*L. gland.* Fisch. Mey. ind. sem. Petrop. 1837), ideoque speciei Liebmannianae nomen novum imposui. Descriptio auctoris defuncti l. c. data suppleatur notis sequentibus: pedunculi capillares, sepalorum 3—4plo longitudine, staminum numerus vacillans (in speciminibus hoc anno florentibus 5 — 10, nec 1 — 3); semina laevia, obovato-pyriformia, alata et aptera in eadem capsula mixta. — Cum nulla specierum in monographia cl. Kindbergii descriptarum convenire videtur species nostra, an vero inter species cell. Fisch. et Mey. l. c. enumeratas (quarum descriptiones frustra quaesivi) lateat ulterius inquirendum.

Praeter hanc notam Langeanam notas nonnullas manuscriptas ab musei et bibliothecae custode F. Didrichsen subscriptas accepimus, quas hic adponimus:

1. **Forestiera Jacquiniana** F. Didr. = *Myrica segregata* Jacq. Icon. rar. Tab. 625. Semina 1813 ex horto Vindobonensi missa. — Est prima hujus generis species in America meridionali observata. Pori in inferiori foliorum pagina multiplo minores quam in *F. porulosa.*

2. **Gymnogyne elongata** F. Didr. Ind. sem. hort. ac. Haun. anno 1849 coll. (1850) = *Boehmeria elongata* Fisch. ap. Hornem. hort. Haun. suppl. (1819). Jacq. Eclog. Tab. 135. (nec a cel. Miquel, neque a cel Weddell citata). — *Gesnoeccinia Boehmerioides* Miq. in Mart. Fl. Brasil. fasc. XII.

p. 191. (1853.) — *Phanax vulgaris* Weddell in Ann. d. sc. natur. IV. sér. tom. 1. p. 192. (1854.) Folia inferiora opposita. Rami ad exortum in annulum tumentes. — Character generis *Boehmeriae* apud ipsum Jacquinum (Stirp. Am. p. 246) cum eo Phenacis cel. Weddell omnino quadrat; ab eo Boehmeriae reliqnorum auctorum valde recedit.

